BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º
Tabla
Núm. 763

UVA. BIBLIOTECA

UVA. BHSC. IyR_244_1

Dadiva del S.or D.or Ugarte

244

UVA. BHSC. IyR_244_1

UVA. BHSC. IyR_244_1



Libros lege.

Quod legeris memento.

MANVALE
secundum vsum sanctę Ecclesię Pallantinę.

Methymnę Campi.

Excudebant Matthęus & Franciscus à Canto, fratres.

M. D. LIIII.

UVA. BHSC. INV_244_1

Señor mio Jesu Christo Dios y hombre uer-
da dero criador y redentor mio por ser bos qu

UVA. BHSC. IyR_244_1

Petrus Basca Episcopus Vallantinus & Comes, cunctis curionibus, ceteriſq; ſacerdotibus & clericis ſuę dioceſis. Salutem in Domino ſempiternam.

FRatres chariſſimi conſacerdotes & cooperatores noſtri, noſcat charitas veſtra nos licet indignos fungi vice duodecim Apoſtolorum, vos autem ſeptuaginta duo diſcipulorum, nos paſtores veſtros & totius noſtrę dioceſis eſſe, vos autem animarum vobis cōmiſſarum, nos de vobis & de cunctis alijs quibus noſtris, vos autem de plebibus vobis cōmiſſis dño noſtro Jeſu Chriſto rationē eſſe reddituros. Admonem⁹ itaq; fraternitates vras in dño vt quę nos vobis ipſo adiuuante in preſentiarū ſuggerimus memorię cōmendetis & opere exercere ſtudeatis. In primis igitur admonemus vos vt attente conſideretis dignitatem veſtram & officium vobis traditum. Vos enim elegit dominus in ſortem hereditatis ſuę iudices & duces populi ſui conſtituit, & diſpenſatores ſuorum ſacramentorum effecit, & ſui verbi predicatores elegit, & facultatem offerendi ſacrificiū & hoſtias pro populo conceſſit, & ſuum corpus & ſanguinem conſecrandi poteſtatem miniſtrauit, & plenariam iuriſdictionem ligandi & abſoluendi diſtribuit. Oportet ergo vos ſemper memores eſſe tantę dignitatis & officij veſtri, ne ab eadem dignitate degeneretis, & conſecrationem veſtram irritam faciatis, nec manus veſtras ſacro oleo delibutas peccando polluatis, ſed cordis & corporis munditiam ſeruantes, his quibus preeſtis ducatum ad celeſtia regna prebeatis.

Admonemus igitur fraternitatem veſtram, vt vita & conuerſatio veſtra irreprehenſibilis ſit. Decet enim, vt ille, ante quem oīs languor conſtituitur, in nullo ſit iudicand⁹ in quo eſt alios iudicare paratus. Sufficientiam quam officium veſtrum requirit habete, vt periculoſas minas euangelij (quibus cauetur ſi

UVA. BHSC. IyR_244_1

cęcus cęco ducatū prębet ambo in foueam cadent) effugiatis. Habete igitur assiduitatem legendi ꝛ instantiam orandi, quia lectio ꝛ oratio sunt arma quib⁹ diabolus expugnatur, ꝛ instrumenta quibus ęterna beatitudo acquiritur, vt idonei inueniamini ad docendum plebes vestras sacras scripturas, ꝛ sanctuz Euágelium declarandū, prout vobis dominus donauerit: qui dat verbum euangelizantibus virtute multa. Et si ad hoc non ita idonei inueniamini, adminus sciatis plebes vestras inter alia exortari, vt a malo declinēt, ꝛ faciant bonum, inquirāt pacem ꝛ persequantur eā, qz oculi dñi super iustos ꝛ aures ei⁹ in pręces eoꝝ. Vultus aūt dñi super faciētes mala, vt perdat ō terra memoriā eorū. Nullus enim vr̄um se poterit excusare vt non sit idone⁹ ad hoc, vt istis aut similib⁹ verbis instruere possit pr̄imū suum. Officiū diuinū (ad quod tenemini) diurnū pariter ꝛ nocturnū attente ꝛ deuote persoluite, tā recitādo q̄z canendo ꝛ ois cultus, quē in ecclesia Dei peragitis, cum summa veneratione fiat, ita vt sit deo gratus ꝛ inspicientibus placitus. Sacramēta ecclesię (quę ad vr̄am administrationē spectāt) cum oī deuotione, gr̄a, ꝛ celeritate ministrate, ne vr̄a incuria aut negligētia aliqua ex ouib⁹ vestris sine sacramētis discedat, ꝛ eius sanguis de manib⁹ vr̄is requiratur. ꝛ p ipsis sacramētis ministrādis, nullū pręmiū aut mun⁹ exigatis, sed sicut gratis accepistis gratis date. Assidue orātes pro cōmissis vobis ouib⁹, nihil inde quęrētes, nisi quę Jesu Chr̄i sunt. Missam ꝛ alia diuina officia religiosę ac deuote celebrate cū vestib⁹ sacris ad hoc deputatis, q̄ mūde ꝛ nitidę sint. Corporalia in quib⁹ ipse Chr̄us ponitur, mūdissima sint ꝛ ex lino facta. Altaria vestraꝝ ecclesiaꝝ coopta sint mūdis linteis saltē duob⁹, ꝛ super ea nihil prophanū permittatis poni. Et ipsę eccl̄ę (vt decet) mūdę sint, ꝛ nullas choreas aut cātilenas sęculares in eis pmittatis exerceri: eaꝝ possessiones diligēti cura reparate: priuilegia, imunitates, cōcessiones ꝛ alia iura ipsas ecclesias tāgentia sub fideli custodia seruate. Super oia autē viuoꝝ templorū curā pro viribus exercētes hoc est, paupeꝝ, peregrinoꝝ, viduaꝝ, orphanoꝝ, ꝛ miserabilū personarū, ꝛ infirmos vr̄aruz parrochiarū visitate: exemplū bonę famę, vitę, ꝛ cōuersationis eisdē prębentes, quia tot mortib⁹ digni sunt pręlati, quot ad subditos pditionis exēpla trāsmisserunt.

UVA. BHSC. IyR_244_1

runt. Abstinentes vos ab oi inhonesta cohabitatione ⁊ familiaritate, ⁊ ab oi etiã luxu, alea, ⁊ immoderatis sumptib⁹ ⁊ comessationibus. Fugite oẽm superbiã, ociũ, ⁊ faustũ, sicut ꝺcet ministros dei: nõ enim vocauit nos dñs ad dñationem, sed ad opus nec cõstituit nos ministrari, sed ministrare. Loquitur enim dñs ad Hierusalẽ per Ezechielẽ prophetã, dicens. Hęc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę, superbia, saturitas panis, abundãtia ⁊ ociũ: hęc enim mala faciũt hodie sacerdotes in ignominiam ⁊ derisionẽ venire. Super oĩa aũt admonemus vos fratres charissimi, vt induatis vos sicut electi dei sancti, viscera mię, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patientiã, sup oĩa charitatẽ habẽtes quod est vinculũ perfectionis: grati estote: verbũ chr̃i habitet in vobis abundãter, in oi paciẽtia docẽtes ⁊ cõmonẽtes vos metipsos, in psalmis, hymnis, ⁊ cãticis spũalibus canentes ⁊ psallẽtes in cordib⁹ vr̃is deo. Cogitate ꝺ cętero quęcunq; vera quęcunq; pudica, quęcũq; iusta, quęcunq; sctã, quęcunq; amabilia, quęcũq; bonę famę sunt. Oĩa quęcũq; facitis in verbo aut opere, in noĩe dñi nostri Jesu Chr̃i facite. Seruãtes igit̃ dilectissimi fratres hęc precepta aplica, de⁹ pacis erit vobiscũ. Amen.

Accipite igitur fratres in chr̃o charissimi lubentib⁹ animis manuale hoc nouũ, sũma cura ac diligẽtia visum ⁊ emendatũ, ⁊ insup in multis additũ (quod ideo manuale vocatur qr e manib⁹ vr̃is nunq; deponi debet) in quo vltra ipsam pratica administrationis sacramentor̃, ⁊ regulas, ⁊ ánotationes ibi positas, sub breuitate ponitur etiã in isto ei⁹ pr̃incipio, quę sunt ipsa sacramenta eccl̃ę, ⁊ in quolibet eor̃ quę sit materia, quę forma prout ꝺterminatũ est in cõcillio Florẽtino, vt sacerdotes curati, qui ita sunt adstricti ea scire, habẽdo ea ita in pr̃ŏptu, nullã excusationẽ haberẽt si ea ignorarẽt. Ponitur etiã in fine huius manualis quędã instructio circa sacramentũ pęnitẽtię, verbis admodũ clarissimis, vt cõfessores noui ⁊ minus docti eã intelligerent ⁊ in ea inueniãt quomodo se habere debeãt cuz pęnitẽtibus a principio cõfessionis vsq; ad beneficiũ absolutionis. Sacerdotes aũt curati, qui ita sunt docti q̃ his nõ indigeãt, cũ patientia ⁊ charitate id suffierant, quia cõsultius duximus doctos grauare notis: quam rudes ⁊ ignaros fraudare dicendis.

Vale.

UVA. BHSC. IyR_244_1

¶ Tabula contentorum in hoc Manuali:

preter ea que continentur inferius in instructione.

De septem sacramentis ecclesie, secundum concilium Florentinum. Folio. 1.

¶ Benedictio mense. 4.

¶ Benedictio Agni paschalis. 4.

¶ Benedictio domus a quocumqz damno. 5.

¶ Benedictio loci vel domus. 5.

¶ Benedictio panis pro infirmis. 5.

¶ Benedictio aque pro infirmis. 5.

¶ Benedictio pro animalibus infirmantibus. 5.

¶ Benedictio puerorum a parentibus ad Ecclesiam adductorum. 5.

¶ Benedictio ad initium alicuius operis boni. 7.

¶ Benedictio metali ante q̃z campana fundatur. 7.

¶ Benedictio artificis campane. 7.

¶ Benedictio campane postq̃z metallum est in fornace. 7.

¶ Benedictio communis ad omnia que sacerdos voluerit explicare. 7.

¶ Benedictio panis, z vini, z aliarum rerum in festo sancti Blasij. 7.

¶ Benedictio panis z ceterarum rerum in festo sancte Agathe. 8.

¶ Benedictio segetum in festo sancti Marci euangeliste. 8.

¶ Benedictio communis super fruges vineas z arbores. 9.

¶ Benedictio domus noue vel a demonio vexate. 9.

¶ Benedictio aque diebus dominicis. 11.

¶ De aspersione aque benedicte. 13.

¶ Benedictio panis in diebus dominicis. 13.

¶ Benedictio fontis siue pile. 14.

¶ Regule circa sacramentum baptismi. 18.

¶ De sacramento baptismi parulorum in ecclesia. 22.

¶ Forma baptizandi in domo tempore necessitatis. 31.

¶ Forma baptizandi adultum vel infidelem. 32.

¶ Ordo tenendus quando mulier post partum primo ingreditur ecclesiam expletis diebus purgationis. 33.

¶ Ordo

UVA. BHSC. IyR_244_1

Tabula.

¶ Ordo ministrandi Eucharistiam infirmis cum quibusdam annotationibus. 33.
¶ Forma renouationis Eucharistię 38.
¶ Forma administrandi Eucharistiam ꝛ extremam vnctionem simul infirmis. 38.
¶ Forma administrationis Eucharistię celebrando in domo. 39
¶ Forma administrandi Eucharistiā sacerdotib⁹ infirmis. 40.
¶ Forma administrandi Eucharistiam sanis in ecclesia in paschate. 41.
¶ Forma breuior administrandi Eucharistiam sanis in ecclesia intra annum. 42.
¶ Exortatio ad communicandos sanos in paschate ꝛ diebus iubilei. 44.
¶ De sacramento matrimonij cum quibusdam annotationibus. 45
¶ De benedictione arrarum. 47.
¶ Quibus temporibus prohibeantur benedictiones ꝛ quibus personis. 49.
¶ Missa nubentium tempore Trinitatis. 51.
¶ Missa nubentium tempore Natiuitatis. 61.
¶ Missa nubentium tempore Resurrectionis. 62.
¶ Missa nubentium temporibus prohibitis. 63.
¶ Forma seruanda quando mulier post benedictiones receptas primo intrat ecclesiam. 64.
¶ Forma seruanda quando mulier coniugata non potest concipere. 65.
¶ Forma seruanda pro impeditis ꝛ maleficiatis in vsu matrimonij. 66.
¶ Forma seruanda pro mulieribus patientibus abortum. 67.
¶ De visitatione infirmorum. 68.
¶ Qualiter inducendi sunt infirmi ad ordinationem testamentorum. 69.
¶ Oratio deuota dicenda super infirmos. 70.
¶ Annotationes in sacramento Extremę vnctionis. 76.
¶ Officium Extremę vnctionis. 80.
¶ Interrogationes sancti Anselmi. 91.

¶ De

UVA. BHSC. IyR_244_1

Tabula.

¶ De tentationibus demonum in mortis articulo, & earum remedijs. 92.

¶ Ordo commendationis animę: & qualiter agonizantes adiuuandi sunt ad bene moriendum & tres pater nr & aue Maria cum tribus orationibus. 93.

¶ Plures orationes dicendę super agonizantes cum symbolo Athanasij. 99.

¶ Passio secundum Joannem dicenda etiam super agonizantes. 103.

¶ Recommendatio defunctorum. 108.

¶ Officium sepeliendi maiores defunctos. 108.

¶ Officium sepeliendi paruulos defunctos. 110.

¶ Benedictio tumuli siue sepulturę tam maiorum q̃z paruulorum. 111.

¶ Ordo conferendi gratias in domo defuncti. 114.

¶ Quibus personis denegatur ecclesiastica sepultura. 114.

¶ Ordo reconciliationis ecclesię cum quibusdam annotationibus in principio. 115.

¶ Ordo ad recipiendum prelatum vel legatum. 118.

¶ Ordo ad recipiendum regem vel principem. 119.

¶ Ordo ad recipiendum reginam vel principissam. 119.

¶ Finis tabulę presentis.

La Errata va al fin con la tabla de la Instruction de penitentia.

UVA. BHSC. IyR_244_1

¶ De septem sacramentis noue legis: secundum concilium Florentinum.

NOue legis septem sunt sacramenta, scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium: que multum a sacramentis differunt antique legis: illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant: hec vero nostra, & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinq; prima, ad spiritualem vniuscuiusq; hominis in seipso perfectionem: duo vltima ad totius ecclesie regimen multiplicationemq; ordinata sunt. Per baptismum enim spiritualiter renascimur. Per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide. Renati autem & roborati, nutrimur diuina eucharistie alimonia. Quod si per peccatum egritudinem incurrimus anime, per penitētiam spiritualiter sanamur: spiritualiter etiam & corporaliter (prout anime expedit) per extremam vnctionem. Per ordinem vero ecclesia gubernatur & multiplicatur spiritualiter. Per matrimonium corporaliter augetur.

Sacramenta antique legis gratiā dandā per Christum figurabant.

Ad quid ordinata sunt sacramenta noue legis.

HEc omnia sacramenta tribus perficiuntur. Videlicet rebꝰ, tanq; materia: verbis, tanq; forma: & persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur sacramētum. Inter hec sacramenta tria sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo: que characterem, id est spirituale quoddam signum a ceteris distinctum, imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt: & reiterationem admittunt. Primum omnium sacramentorum locum tenet Baptismus: quod vite spiritualis ianua est: per ipsum enim membra Christi, ac de

Tribus perficiuntur sacramenta.

Tria sunt sacramenta. que caracterē imprimūt & ideo non iterant.

Ianua vitæ spūalis bap.

A corpore

UVA. BHSC. IyR_244_1

corpore efficimur ecclesię. Et cum per primū hominem mors introierit in vniuersos: nisi ex aqua ⁊ spiritu sctō renascimur, non possumus (vt inquit veritas) in regnum cęlorū introire.

Ioannis.3.

Materia baptismi.

Materia huius sacramenti, est aqua vera ⁊ naturalis: nec refert frigida sit an calida.

Forma bap.

Forma autem est. Ego te baptizo in nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus sancti. Non tamen negamus quin per verba illa (Baptizetur talis seruus Christi in nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus sancti) vel (Baptizetur manibus meis talis in nomine Patris ⁊ Filij ⁊ Spiritus sancti) verum perficiatur baptisma: quoniam cum principalis causa, ex quo baptismus virtutem habet, sit sancta Trinitas, instrumētalis autem sit minister qui tradit exterius sacramentum: si exprimatur, actus qui per ipsum exercetur ministrū cum sanctę Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum.

Minister baptismi.

Minister huius sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare: in causa tamen necessitatis non solum sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus ⁊ mulier: imo etiam paganus ⁊ hęreticus baptizare potest: dummodo formam seruet ecclesię: ⁊ facere intendat, quod facit ecclesia.

Effectus baptismi.

Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpę originalis ⁊ actualis: omnis quoqꝫ pęnę quę pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla p peccatis pręteritis iniungenda est satisfactio: sed morientes anteqꝫ culpam aliquam cōmittant, statim ad regnū cęlorū ⁊ Dei visionem perueniunt.

De sacramento Confirmationis.

Secundum sacramentum est Confirmatio: cuius materia est chrisma confectum ex oleo (quod nitorem significat conscientię: ⁊ Balsamo, quod odorem significat bonę famę) per episcopum benedicto.

Forma autem est. Signo te signo crucis, ⁊ confirmo te chrismate salutis: in nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus sancti. Ordinarius minister est episcopus. Et cum cęteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenent episcopi) quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant: loco autem illius

Minister cō firmationis ęps est.

Actuum. 8.

UVA. BHSC. IyR_244_1

illius manus impositionis, datur in ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquando per apostolicę sedis dispensationem, ex rationabili ⁊ vrgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto, hoc administrasse confirmationis sacramentum.

Effectus cō firmationis.

EFfectus autem huius sacramenti est: quia in eo datur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes: vt christianus audacter Christi confiteatur nomen: ideoq; in fronte (vbi verecundię sedes est) confirmādus inungitur: ne Christi nomen cōfiteri erubescat, ⁊ precipue crucem eius (quę Judeis est scandalus, gentibus autem stultitia) propter quod signo crucis signatur.

1. corinth. 1.

De sacramento Eucharistię.

TErtium est Eucharistię sacramentum: cuius materia, panis triticeus, ⁊ vinum de vite: cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam (iuxta testimonia sanctorū patrum) creditur ipsum Dominū in vino aqua permixto, hoc instituisse sacramentum: de inde quia hoc conuenit dominicę passionis representationi. Inquit enim beatus Alexander papa quintus a beato Petro: in sacramētorum oblationibus (quę intra missarum solemnia Domino offeruntur) panis tantum ⁊ vinum aqua permixtum offerri debet: quia vtrumq;, idest, sanguis ⁊ aqua ex latere Christi profluxisse legitur.

Quare apponitur aqua in vino. de cōse. dist. 2. in sacram.

TErtio etiam conuenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est vnio populi christiani ad Christum: aqua enim populum significat.

FOrma huius sacramenti sunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum: nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, ⁊ substantia vini in sanguinem conuertitur: ita tamen quod totus continetur sub specie panis, ⁊ totus sub specie vini: sub qualibet quoq; parte hostię consecratę ⁊ vini consecrati, separatione facta, totus est Christus.

UVA. BHSC. IyR_244_1

De sacra. penit. et extreme vnctionis.

Effectus Eucharistiæ.

HUius sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè sumentis, est adunatio hominis ad Christum: et quia per gratiam homo Christo incorporatur: et membris eius vnitur: sequitur quod per hoc sacramẽtum in sumentibus digne gratia augeatur: omnemq; effectum, quem materialis cibus et potus, quo ad vitam agunt corporalem, hoc idem quo ad vitam spiritualem et hoc sacramentum operatur.

De sacramento pœnitentiæ.

QUartum sacramentum est pœnitentia: cuius quasi materia sunt actus pœnitentis: qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis cõtritio: ad quam pertinet, vt doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Secunda est oris confessio: ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata sua, quorum memoriam habet, suo sacerdoti cõfiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis: quæ quidem præcipue fit per orationem, ieiunium, et eleemosynam.

FOrma huius sacramenti est. Ego te absoluo, &c. Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absoluendi, vel ordinariam, vel ex comissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

De sacramento Extremæ vnctionis.

QUintum sacramentum est Extrema vnctio: cuius materia est oleum oliuæ per episcopum benedictũ. Hoc sacramentum nisi infirmo (de cuius morte timeatur) dari non debet: qui vngendus est in oculis, propter visum: in auribus, propter auditum: in naribus, propter odoratum: in ore, propter gustum vel locutionem: in manibus, propter tactum: in pedibus, propter gressum: in renibus, propter delectationẽ ibidem vigentem. Quo ad istas vnctiones pedũ et renum, conciliũ hoc Florentinũ nõ est receptũ in hoc episcopatu Palentino, cõsuetudine.

FOrma huius sacramenti est hæc. Per istam sanctam vnctionem, et suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Do-

UVA. BHSC. IyR_244_1

bi Dominus quicquid peccasti per visum, ⁊c. Et similiter in alijs membris.

Effectus vero est mentis sanatio: in quantum autem expedit ipsius etiam corporis. De hoc sacramento habetur Jacobi. 5. c.

De sacramento ordinis.

Sextum sacramentum est ordinis: cuius materia est illud per cuius traditionem confertur ordo: sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino ⁊ patenę cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Euangeliorū dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem: ⁊ similiter de alijs, per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem.

Forma sacerdotij talis est. Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro viuis ⁊ mortuis. In nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus sancti: ⁊ sic de aliorū ordinum formis. Ordinarius minister huius sacramenti est Episcopus. Effectus, augmentum gratię: vt quis sit idoneus minister. Effectus sacramenti ordinis.

De sacramento Matrimonij.

Septimum sacramentum est matrimonij, quod est signum coniunctionis Christi ⁊ ecclesię secundum Apostolum. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus.

Tria sunt bona matrimonij. Primum, proles suscipienda ⁊ educanda ad cultum Dei: secundum, fides quam vnus coniugum alteri seruare debet: tertium, indiuisibilitas matrimonij, propter hoc q̄ significat indiuisibilem coniunctionem Christi ⁊ ecclesię. Quamuis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere: non tamen aliud matrimoniū contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitimi contracti perpetuum sit. Tria sunt bona matrimonij.

Impedimenta quę impediunt matrimonium contrahendum, ⁊ dirimunt iam contractum, quando ipsum matri- Impedimenta matrimonij.

UVA. BHSC. IyR_244_1

c.1.29.q.1. moniū pręcesserūt, sunt duodecim. ¶ Primū est error personę: vt si credebatur matrimoniū cōtrahi cū Joāne & cōtrahitur cū Petro. Error tū fortunę, vt quia credebatur diues, & erat pauper: vel qualitatis: quia credebatur nobilis, & erat rustica: vel credebatur virgo, & erat corrupta: talis error nec impedit nec dirimit matrimoniū. ¶ Secundū impedimentū est cōditio: vt quia liber cōtrahit ignorāter cū serua, nullū est matrimoniuz, nisi cognita cōditione de nouo cōsentiat. ¶ Tertiū impedimētū est votū cuz est solēne per receptionē sacri ordinis, vel emissionem professionis tacitę vel expresse. ¶ Quartum impedimētuz est cognatio, quę triplex est: carnalis, spiritualis, & legalis. Carnalis est consanguinitas, aut affinitas vsqz ad quartum gradum inclusiue. Spiritualis contrahitur solum per baptismum & confirmationem: & ad quas personas extendatur, vide constitutionem nouam huius episcopatus in titu. de cognatione spirituali. Cognatio legalis, est adoptio alicuius in filium vel filiam: vnde talis adoptatus, quandiu durat adoptio, non potest ducere filiam carnalem adoptantis, sed post emancipationem bene. ¶ Quintum impedimentum est crimen, quę tria sunt: Primum est adulterium cum coniugata, & machinatio vnius tantum in mortem viri effectu subsequuto: vel machinatio vtriusqz in mortem alterius opere subsequuto, etiam si non interueniat adulterium. Secundum crimen est, si viuente viro eius, promittit adulterę: quam cognouit, eam ducere in vxorem. Tertium crimen est, si viuente vxore legitima, scienter adulteram super inducat in vxorem. ¶ Sextum impedimētum est disparitas cultus: quia fidelis non potest contrahere matrimonium cum Judea vel Pagana. ¶ Septimum impedimentum est violentia: puta cum quis per metum (qui potest cadere inconstantem virum) compellitur cum aliqua contrahere. ¶ Octauum impedimentum est ordinis: quia ordo subdiaconatus, & superiores sacri impediunt matrimonium contrahi, & dirimunt contractum. ¶ Nonum impedimentum est ligamen: quia legitime coniugatus alicui vxori, non potest ea viuente aliam accipere. ¶ Decimum impedimentum est iustitia publicę honestatis: quod est quando aliquis aliquam mulierem maiorem septennio sibi desponsat, vel quando inter aliquos

c. memini mus, q cle. vel vouen.

c. p votum de voto & vo. redemp. in. 6.

c. vnico de cogna. legali.

c. laudabilem. de conersio. infidel.

c. cum haberet deo qdu. in ma. qūam pol. per adulte.

c. cum locū. de sponsalibus.

In c. de diacono q clerici vel vouentes.

c. iuuenis &. c. ad audientiā de spōsalibus.

UVA. BHSC. IyR_244_1

quos maiores contracta sunt sponsalia, & propter aliquod impedimentum canonicus sunt separata: quia in tali casu nullus de consanguinitate viri potest contrahere cum prędicta, quia non est honestum vt vna mulier cum duobus consanguineis contrahat. ¶ Undecimum impedimentum est affinitas: & est quando aliquis cognoscit aliquam mulierem carnaliter: talis mulier efficitur affinis omnium consanguineorum ipsius viri & ipse vir efficitur affinis omnium mulierum consanguinearum dictę mulieris, vsq; ad quartum gradum inclusiue. c.q̄ superhis de consangui. & affinitate.

¶ Duodecimū impedimentus est impotentia coëundi: quę duplex est, naturalis, vel accidentalis. Naturalis est frigiditas in viro, & arctatio in muliere, si aliqua medicina reparari non valet. Accidentalis est castratio & maleficium, si perpetuum sit: quod præsumitur esse si per triennium præstiterunt operam actui venereo, & non potuerunt se cognoscere. C. laudabilem. de frigidis & maleficiatis.

¶ Addita sunt hęc impedimenta matrimonij quę non erant in concilio Florentino, quia sunt valde necessaria, vt confessores sciant an coniuncti matrimonialiter sint in peccato vel nō quia ipsi coniugati tanq̄ iuris ignari hoc ignorant.

Benedictio mensę.

Comiença la ordē para bendezir la mesa por todo el año, estando ayuntados los hermanos para comer enel refectorio, puestos en pie por orden ante de la mesa: el cantor que esta de parte del semanero, o otro en su lugar absolute comiença. Benedicite. Y los hermanos la repiten, diziendo. Benedicite. Luego el cantor comiença. ℣. Oculi hominum. Y los hermanos prosiguiendo lo acaban todo con, Gloria Patri, & sicut erat. Et Kyrie eleyson. ℣. Oculi hominum in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyson. Pater noster. Secreto. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. Luego el sacerdote dize. Oremus

Benedic domine nos & dona tua quę de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum dñum nostrum. ℟. Amen. Despues el lector dize. Jube domine benedicere. ℟. Mensę celestis participes faciat nos rex eternę glorię. ℟. Amen.

UVA. BHSC. IyR_244_1

Benedi. Mense, & agni Paschalis.

EN fin del comer dicho del lector. Tu autem domine. Y respondido de los hermanos. Deo gratias. Salen de las mesas, y estádo en pie por orden ante la mesa, el cantor comiença. ℣. Confiteantur tibi. Y los hermanos juntamente prosiguiendo lo acaban todo cõ Gloria patri, & sicut erat. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloria patri. Sicut erat. Despues desto el sacerdote absolute diga. Oratio.

AGimus tibi gratias omnipotens Deus pro vniuersis beneficijs tuis, qui viuis & regnas in secula seculorũ. Amẽ. Luego el cantor comiença el Psalmo. 50. Miserere mei. El qual acabado de los hermanos a versos con Gloria patri. Dizen juntamẽte. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Secreto. El sacerdote dize. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Dispersit dedit pauperibus. ℟. Et iustitia eius manet in seculum seculi. ℣. Benedicam dominum in omni tempore. ℟. Semper laus eius in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea. ℟. Audiant mãsueti & lętentur. ℣. Magnificate dominum mecum. ℟. Et exaltemus nomen eius in idipsum. ℣. Sit nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsqz in seculuz. Luego immediate sin dezir Oremus. Dize Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam ęternam. ℟. Amen. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Es de notar que en fin de todas las gracias de todo el Año se dize. Fidelium anime defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen. Pater noster. Secreto: el qual acabado, el sacerdote dize. ℣. Deus det nobis suam pacem. ℟. Amen. Excepto que in cęna domini & paraseeue, despues de la oracion immediate se dize solamente Pater noster.

Benedictio agni Paschalis.

EN ℣. Adiutorium nostrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlum & terram. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus.

DEus qui per famulum tuuz Moysen in liberatione populi tui de Egypto agnum occidi iussisti in similitudine domini nři Jesu Chři & vtroszq postes domoruz de sanguine huius agni

UVA. BHSC. IyR_244_1

ius agni perungi pręcepisti: ita bene ✠ dicere, ⁊ sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis: quaz nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus. Per resurrectionem domini nostri Jesu Christi, qui tecum viuit ⁊ regnat Deus per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Benedictio domus a quocumqz damno.

ℭ ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

DEfende quęsumus domine locum istum, vel domum istā a maioribus vsqz ad minimos, cum pecoribus ⁊ rebus suis, ab igne, ab infirmitate, a tempestate, ab ira ventura, ab omnibus tribulationibus diaboli, ⁊ ab insidijs inimici: vt sit Deus habitator ⁊ custos: ⁊ eam ab omni igne custodiat. Per Christū dn̄m nostrū. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio loci vel domus.

ℭ ℣. Adiutorium nostrum. ⁊c. vt supra. Oremus. Oratio.

BEnedic domine Deus omnipotens locum istum, vel domum istiam: vt sit in eo, vel in ea, sanitas, castitas, victoria, virtus, pax, charitas, humilitas, bonitas, mansuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarum actio, patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Et hęc benedictio ✠ maneat super hunc locum, vel domum istam, ⁊ super habitantes in eo, vel ea, Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio panis pro infirmis.

ℭ ℣. Adiutoriū nr̄m, ⁊c. vt supra Dn̄s vobis. Orem⁹. Or̄o.

DOmine Deus omnipotens descendat bene ✠ dictio pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ spiritus ✠ sancti super hanc creaturam panis: vt quicumqz ex ea sumpserit, accipiat sanitatē mētis, protectionem corporis, tutelam salutis, integritatem charitatis, consolationem spei, roborationem fidei, virtutem constantię, ⁊ visitationem spiritussancti. Per eundem dominum nostrum Jesum, in vnitate eiusdem spiritussancti. ℟. Amen.

Benedictio aquę pro infirmis.

ℭ ℣. Adiutoriuz nr̄m, ⁊c. vt supra Dn̄s vobis. Orem⁹. Or̄o.

UVA. BHSC. IyR_244_1

Benedictio ꝑ aialibus, ⁊ puerorum.

DOmine Jesu christe qui benedixisti quinq; panes ⁊ duos pisces in ꝺserto, vnde satiata sunt quinq; millia hominū te supplices exoramus, vt bene ✠ dicere, digneris hanc aquā: vt quicumq; infirmus ex ea gustauerit, accipiat sanitatem mētis, protectionem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, ⁊ charitatem spiritus sancti. Qui viuis ⁊ regnas cum ꝺeo patre in vnitate eiusdem spiritus sancti ꝺeꝰ. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Benedictio pro animalibus infirmātibus.

¶ Primo animalia aspergantur aqua benedicta: postea sacerdos dicat. ℣. Adiutorium nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. ꝺomine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. ꝺominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

MIsericordiam tuam domine supplices exoramus: vt hec animalia que graui infirmitate vexantur in nomine tuo atq; tue bene ✠ dictionis virtute sanētur. Extinguatur in eis omnis diabolica potestas, ne vlterius egrotent: tu eis domine sis defensaculum vite ⁊ remedium sanitatis. Per ꝺominum nostrum. ℟. Amen. Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio puerorum a parentibus ad Ecclesiam adductorum.

PArentes cum viderint filios suos annos discretionis attingere, monere eos ꝺebent, vt totam vitam suam offerāt ad seruiendum ꝺeo: inducentes eos ad ecclesiam, vt ibi petant a ꝺeo gratiam sancti spiritus: ad quam obtinendam faciant vt pro eis dicatur Missa de Spiritu sancto. ⁊ post Missam sic apparatus (vel si Missa non fuerit celebrata) sacerdos cum superpelliceo ⁊ stolla, stans ante altare conuersus ad pueros coram altari genibus flexis, dicit. ℣. Adiutoriū nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. ꝺomine exaudi orationem. ꝺominus vobiscum. Oremus. Oratio.

QUesumus omnipotēs ꝺeus puerum istum pro quo tuam deprecamur clementiam, bene ✠ dicere di-

UVA. BHSC. IyR_244_1

re digneris: ⁊ per virtutem Sancti spiritus cor eius corro bora: vitam sanctifica, castimonia decora: ⁊ sensus eius in bonis operibus munias ⁊ formes: prospera tribue: pacem concede, salutem cõfer, charitatem largire: ⁊ ab omnibus diabolicis atq; humanis insidijs tua protectione ⁊ virtute semper defende: ⁊ in fine ad requiem paradisi perducere digneris. Per dominum nostrum Jesum Christum. ℟. Amen. Postea dicat psalmus. Laudate pueri dominus: laudate nomẽ domini. Totum cum Gloria patri. Postea dicatur Antiphona. Laudate pueri dominum laudate nomen domini quod est benedictum, ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. ℣. Benedic domine puerum istum: ⁊ inuocetur super eum nomen domini viui. ℟. Et benefacias ei in omni tempore domine Deus noster. ℣. Sinite parulos venire ad me, ⁊ nolite prohibere eos. ℟. Talium est enim regnum celorum. ℣. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. ℟. Quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Respice quesumus dñe ad puerorum presentium deuotionem vt in tua gratia ⁊ misericordia proficiat ⁊ crescat ⁊ ad finem optatum feliciter perducatur. Per Christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Clemen-

UVA. BHSC. IyR_244_1

Benedictio Puerorum.

Clementissime domine suscipere digneris famulorum famularumq; tuarum innocentiam, t parentum suorum fidem, t voces omnium salutem hanc clamantium: infunde super eos spiritualiu; dona virtutum: vt nullus inimicus humani generis eos fraude decipiat. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Ofo.

Domine Jesu Christe fili Dei viui, qui cum patre t spiritu sancto es Deus trinus t vnus: te mundi factorem, vitę actorem t gratię largitorem humiliter deprecamur: vt tu qui es terribilis pius t misericors, laudabilis, innocens, t innocentię amator: humilis, t humilitatis assumptor, mansuetus, t mansuetudinis habitator: qui venientibus ad te paruulis manus tuę benedictionis imponens, talium diristi esse regnum cęlorum: bene ✠ dic quęsumus t hos paruulos qui hodie in ecclesia ad benedicendum sunt presentati: tu ei domine da intellectum pietatis t augmentum: vt te sapiant, t te diligant, te ament, te timeant: t mandata tua custodiant: t te concedente vsq; ad vltimam perueniāt senectutem. Per te saluator mundi qui viuis t regnas Deus p oia scla sclorum. ℟. Amen.

Sacerdos finita ofone ponit manus super caput puerox dicēs. Cōplerās pueros Jesus t imponēs eis manus bene dicebat eis. Et faciēs signu; crucis sup eos dicit. Et benedictio Dei oipotētis Pa ✠ tris, t Fi ✠ lij, t Spus ✠ sancti descēdat sup vos. ℟. amē. Postea aspgat eos aq̄ bñdicta.

Bene

Benedictio ad initium alicuius opis boni.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Sit nomen dom ini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsqz in sęculum. Psalmus. Ad te domine leuaui animam meaz Deus meus in te confido: non erubescam. Dicatur totus cum Gloria Patri. ℣. Domine exaudi orationem meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus a quo omne bonum sumit initium: ⁊ semper adpotiora progrediens percipit incrementum: cōcede quęsumus supplicantibus nobis: vt quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur: ęterno tuę sapientię paternę munere perducatur ad terminum. Per Christum dominum nostrum.

Benedi. metalli anteqz Cāpana fundatur.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsqz in sęculum. Oremus. Oratio.

BEnedic Domine hoc metallum ignitum: quod benedici statuimus: quęsumus domine tuam gratiam perfundere digneris, ⁊ tua virtute obūbres: vt tua clemētia fauente, quod desideramus attingamus ad laudem Dei omnipotentis ⁊ honorem sancti ⁊ sanctę. ℟. Per Christum.

Benedictio artificis Campanę.

IUbe domine benedicere. Dominus sit in ore tuo ⁊ in corde tuo ⁊ in opere tuo: vt ipso sic mediante, ⁊ beata dei genitrice Maria intercedente, dignetur conferre tibi gratiam vt perfecte perficias opus tuum, ⁊ benedicat tibi in nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritussanti. Amen.

Benedictio Campanę postqz metallum est in fornace: anteqz ipsa Campana fiat.

QUando alguna campana se bendice de nueuo para alguna iglesia: ante que la bendicion se haga: venga alli el cura, o vn capellan con vna sobrepelliz y vna estolla y agua bendicta: y otros algunos clerigos con el, que responda ala bendicion, y comiençe aquel psalmo. Laudate dominum in sanctis

UVA. BHSC. IyR_244_1

Benedictio campane antequam fiat.

ctis eius, laudate eum in virtutibus eius. Hasta el cabo. ℣. Gloria Patri. Sicut erat. Pater noster. Y el preste diga. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Sit nomen domini benedictuz. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsqz in seculuz. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus qui per sanctum Moysen legitimum famulũ tuum tubas argenteas fieri precepisti, quibus dum leuitę tempore sacrificij clangerent: sonitu dulcedinis populus monitus ad orandum te, fieret preparatus, ⁊ ad celebrãda sacrificia conueniret: presta quesumus: vt hoc vasculum sanctę tuę ecclesię preparatum, a tuo sancto spiritu per nostrę humilitatis obsequium sancti ✠ ficetur: vt per illius tactum ⁊ sonitum fideles inuitentur ad sanctam matrem ecclesiam: ⁊ ad premium supernum procul pellantur omnes insidię inimici, fragor grandinũ, impetus tempestatum. Temperentur infesta tonitrua: prosternat aëreas tempestates dextera tuę virtutis: vt hoc audientes tintinnabulum, tremescant ⁊ fugiant ante crucis vexillum in eo depictum: quod ipse deus noster Jesus Christus prestare dignetur: qui absorpta morte per patibuluz crucis regnat in gloria dei patris cum eodem spiritu sancto: per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Tunc sacerdos aspergit campanam aqua benedicta.

¶ Benedictio communis ad omnia quę sacerdos voluerit explicare: siue sint carnes, aues, fructꝰ, vuę, sicꝰ ⁊ ouа: nominando creaturam quã benedicere intendit. Ofo.

BEne ✠ dic domine creaturan istam. N. vel. N. vt sit remedium generi humano: ⁊ presta per inuocationem tui sancti nominis: vt quicunqz ex ea sumpserint vel gustauerint, corporis sanitatem ⁊ animę tutellam accipiant. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio panis, vini, fructuũ, ⁊ seminuz.

BEncdictio panis, vini, fructuum, ⁊ seminuz: quę fieri debet in festo sancti Blasij post dictaz missam eiusdem festi contra maluz gutturis. ℣. Adiutorium nostruz in nomine domini

mini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsq3 in sęculum. ℣. Ora pro nobis beate Blasi. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. Oratio.

SAluator mundi Deus domine Jesu Christe, qui hodiernum diem beatissimi Blasij martyrio consecrasti: qui ex quinq3 panibus ⁊ duobus piscibus quinq3 millia hominum satiasti: ac populum Judaicum in deserto miraculose pauisti: ineffabilem misericordiam tuam suppliciter exoramus ⁊ petimus: vt hos panes, aut vinū hoc, aut semina, vel fructus (quos plebs fidelis tibi deuote hodie ad sanctificandum attulit) tua pietate bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris: vt qui ex eis comederint vel gustauerint: ab omni gutturis plaga, ⁊ totius corporis infirmitate, meritis ⁊ intercessione eiusdē beati Blasij martyris tui plenam recipiant sanitatem: ⁊ nos seruos tuos ab omni corporis ⁊ animę egritudine sanos conseruet. Qui viuis ⁊ regnas ⁊c. Postea aspergatur aqua benedicta.

ℂ Benedictio tam panis quam cęterarum rerum: in festo sanctę Agathę: contra ignis periculum.

SAcerdos post dictam missam benedicit panem hoc modo. Primo dicatur psalmus. Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos. Dicatur totus cum. Gloria patri. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsq3 in sęculum. ℣. Ora pro nobis beata Agatha. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Christe fili Dei viui qui es panis viuus qui de cęlo descēdisti: bene ✠ dic ⁊ sancti ✠ fica hos panes, fructus, cereos, aquam, vinu3, oleum, ⁊ cętera hic posita, in honorem beatę Agathę virginis ⁊ martyris tuę deportata: ⁊ con

cede

UVA. BHSC. IyR_244_1

Benedictio segetum in festo sancti Marci.

cede per intercessionem eiusdem virginis ⁊ martyris: vt vbicumq; contra ignem comburentem missa vel posita fuerint: illico ignis euanescat, ⁊ penitus extinguatur. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo. ⁊c. Benedictio Dei omnipotentis Patris ⁊ Filij ⁊ Spūs sancti per intercessionem beatę Agathę virginis ⁊ martyris tuę descendat ⁊ maneat super hos panes ⁊ super oēs ex eis gustātes. Amē. Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio segetum ⁊ seminum in festo sancti Marci euangelistę.

In festo sancti Marci Sacerdos benedicturus segetes, exiens cum clericis ⁊ laicis processionaliter in agrum, cū cruce, ⁊ cereis: paratus cum superpelliceo ⁊ stola, incipit letaniam: ⁊ dicatur tota vt in sacramento vnctionis: qua finita, dicit Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Aue Maria gratia plena dominus tecum. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Propitiatem tuam quęsumus omnipotens Deus vt has primitias creaturę quas aëris ⁊ pluuię temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuę imbre perfundas: tribuasq; populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere. Vt a sterilitate terrę esurientium animas bonis affluentib⁹ repleas: vt egenus ⁊ pauper laudent nomen glorię tuę. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus arbiter throni, qui molem terrę ex nihilo pendentem gubernas: ⁊ ad victum humani generis corporisq; sustentationem agros operibus excolere iussisti: misericordiā tuam supplices exoramus: vt quicquid in hos agros salubri seminis satum atq; plantatum est, respectu tuę clementię prospicias: ⁊ aëris temperiem moderari digneris: vt resecato atq; absorpto omnium tribulorum spinarumq; squalore, efficias fruges fęcundas, ⁊ ad maturitatem perfectam tribuas peruenire: vt nos famuli tui vberem tuorum donorum fructuum cum gratiarum actione percipientes, debitas atq; acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Te

UVA. BHSC. IyR_244_1

TE domine petimus ac rogamus, vt hos fructus, seminuz, frugum, frumenti, siliginis, hordei, auenę, ac aliorum cuiuscumqz generis existant, tuis oculis serenis hilariqz vultu respicere digneris: sicut enim testatus es Moysi famulo tuo in terra Egypti dicens. Dic filijs Israel cum ingressi fueritis terram promissionis, quam eis daturus sum: vt primitias frugum offerant sacerdotibus, ꝛ erunt benedicte fruges: ita ꝛ nos oramus te domine vt auxilium gratię tuę super nos ꝛ hos fructus ad bene ✠ dicendum, proferendum concedas: vt non grando surripiat, non turbo subuertat, nec vis tempestatis detruncet, nec aëris serenitas exurat: nō inundatio pluuialis exterminet, sed incolumes ꝛ super abundantes propter vsum hominuz ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens ętherne Deus: mitte spiritum sanctuz tuum cum angelis ꝛ archangelis tuis, ꝛ cuz eis omnes sanctos ꝛ electos tuos: vt defendant segetes nostras a vermib⁹ malis siue ab auibus: vt magnificetur nomen tuum Deus in omni loco. Per dominum nostum Jesum Christum. Tunc sacerdos circumeat agrum vel partem eius, aspergendo aquam benedictam: ꝛ postea dicat. Et benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, ꝛ Fi ✠ lij, ꝛ Spiritus ✠ sancti descendat ꝛ maneat super has fruges. ℟. Amen.

Benedictio cōmunis super fruges, vineas, ꝛ arbores.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ꝛ vsqz in sęculum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

TE dñe sancte pater oipotens ęterne deus supplices deprecamur, vt mia tua iugiter nobis cōcedas sufficiētem messiuz copiam, ꝛ fructuum omniuz largitatem tribuas: vinearum quoqz substantiam abundanter, arborꝫ fętus prouentusqz omnium rerꝫ, atqz ab ipsis omnibus pestiferum Sydus, tempestatis procellam, grandinis fragorem, ꝛ vniuersa mala amouere

UVA. BHSC. IyR_244_1

Benedictio domus noue.

digneris. Per Christum. ℟. Amen. ❡ Oremus. ❡ Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, & preces nostras benignus exaudi: vt in has fruges famulorum tuorum veniat speratę benedictionis vbertas: & repleti de frugibus tuis, in tuo nomine de tua gratia semper exultent. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ❡ Oremus. ❡ Oratio.

OMnipotēs sempiterne Deus maiestatem tuam supplices exoramus, vt has terrę nostrę segetes ad maturitatem sertilitatis perducere digneris, vt esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egeni & pauperes laudent nomen tuum. Per Chm̃ dm̃ nm̃. ℟. Amē. Aspergātur aqua benedicta.

Benedictio domus noue vel a dęmone vexatę.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram. ℣. Sit nomen domini. ℟. Ex hoc nūc &. ℣. Dominę exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiscuz. ❡ Oremꝰ. Orō.

OMnipotens sempiterne Deus qui sacerdotibus tuis prę ceteris tantam gratiam contuliſti: vt quicquid in tuo nomine digne perfecteqz ab eis agitur a te fieri credatur: quęsumus immensam clementiam tuam: vt quod modo visitaturi sumꝰ, visites: & quicquid benedicturi, bene ✠ dicas: & ad ea quę acturi sumus dexteram tuę potentię extendas: sintqz ad nostrę humilitatis ingressum & introitum sanctorum tuorum meritis fuga dęmonum, & angeli pacis ingressus. Per Christuz do. ℟. Amen. ℂ Deinde sacerdos incipiat quindecim psalmos graduales & prosequatur quinqz primos. ſ. Ad dominum cuz tribularer. Leuaui. Leuaui. ęstatus sum. Ad te leuaui. Nisi quia dominus. Et quilibet eorum cum Gloria patri. Quibus finitis dicat Kyrie eł. Christe eł. Kyrie eł. Pater nr̄. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos. ℣. Dn̄e exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiscum. ❡ Oremus. ❡ Oratio.

DOmum tuam domine clementer ingredere: & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam constitue mansionem: & presta, vt in hac domo nulla malignorum spirituum dominetur nequitia. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde

UVA. BHSC. INC_244_1

¶ Deinde dicátur alij quinq; psalmi.s. Qui confidunt in dño. In conuertendo. Nisi dñs. Beati oēs. Sępe expugnauerũt me. Et quilibet eop cũ. Gloria pri. Quib⁹ finitis dicatur Kyrie el'. Chre el'. Kyrie el'. Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotēs sempiterne Deus qui in omni loco dominationis tuę totus assistis, tot⁹ operaris: adesto supplicationib⁹ nostris: vt huius domus edificatę sis protector: ⁊ nulla hic nequitia contrarię potestatis obsistat: sed virtute Spirit⁹ sancti ⁊ operatione fiat tibi hic primum seruitius, ⁊ deuota libertas exi stat. Per Christum dñz nostruz. ℟. Amen. ¶ Deinde dicantur alij quinq; psalmi.s. De profundis. Domine nō est exaltatū. Memento dñe. Ecce q̃z bonuz. Ecce nunc. Et quilibet eop cum. Gloria. Et vt prius aspergat aquam benedictam per domuz. Quibus finitis dicat. Kyrie el'. Christe el'. Kyrie el'. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEus qui in omni loco dominationi tuę dedicato assistis: exaudi nos quęsumus: vt inuiolabilis huius domus permaneat bene ✠ dictio, ⁊ beneficia tui muneris vniuersitas quę supplicat mereatur. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Postea in principaliorꝛ loco domus legat sequens euangeliū. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Egressus Jesus perambulabat Hierico. Et ecce vir nomine Zacheus: ⁊ hic erat princeps publicanorum, ⁊ ipse diues. Et quęrebat Jesum videre quis esset: ⁊ nō poterat pręturba, quia statura pusillus erat. Et pręcurrens ascendit in arborem sycomorū vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, ⁊ dixit ad eum, Zachę festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, ⁊ suscepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes: q̃ ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem

UVA. BHSC. IyR_244_1

Zacheus dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorũ meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eũ. Quia hodie domui huic salus a Deo facta est, eo q̃ ipse sis filius Abrahę. Venit enim filius hominis quęrere, & saluum facere quod perierat.

℣ Deinde benedicatur incensum isto modo. Per intercessionem beati Michaelis archangeli stantis a dextris altaris incensi, & omnium sanctorum angelorum, incensum istud digneris domine bene ✠ dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum dominũ nostrum. ℟. Amen. Postea sacerdos ponat incensum super ignem in thuribulo, & incenset domum, dicendo. ℣. Incensum a te benedictum ascendat ad te domine. ℟. Et descendat super nos misericordia tua. ℣. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

DEum patrem omnipotentẽ suppliciter exoramus pro hac domo & pro habitatoribus eius: vt eam bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris: vt sint promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Tribue etiam eis de rore cęli abundãtiam, & de pinguedine terrę vitę subsidium, & desideria eorum ad effectum tuę miserationis perducas: & ad introitum nostrum hanc domum bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris: sicut benedicere dignatus es Abraham, Jsaac & Jacob: vt intra parietes domus huius & angulos eius inhabites. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DJsita quęsumus domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle: & angeli tui sancti habitent in ea: qui nos in pace custodiant: & bene ✠ dictio tua sit super nos semper. Jn nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣ Postea domum & omnes habitantes in ea benedicat dicens. Et benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti descendat super hanc domum & super omnes habitantes in ea, & maneat semper. ℟. Amen. Et aspergat aqua benedicta domum.

Alexander

UVA. BHSC. IyR_244_1

COmendamus tibi dñe animã famuli tui, pręcamurqꝫ te dñe Jesu Chr̃e saluator mundi: vt propter quã ad terram misericorditer descendisti patriarchaꝝ tuoꝝ sinibus insinuare nõ renuas. Agnosce dñe creaturam tuam, non ex dijs alienis creatam sed a te solo Deo viuo ⁊ vero: quia non est alius Deus pręter te, ⁊ non est secundũ opera tua. Lętifica dñe animã eius in conspectu tuo: ⁊ ne memineris iniquitatum eius antiquarũ ⁊ ebrietatum: quas suscitauit furor, siue feruor mali desiderij: licet enim peccauerit: tamen patrẽ, ⁊ filiũ, ⁊ spũm sanctũ non negauit, sed credidit, ⁊ zelum Dei habuit in se: ⁊ eum qui fecit omnia adorauit. Amen. Oratio.

Delicta

UVA. BHSC. IyR_244_1

Delicta iuuentutis ⁊ ignorantias eius (quęsumus) ne memineris dñe: sed secundum magnam miam tuã memor esto illius in gloria claritatis tuę: aperiantur ei cęli, colletentur ei angeli: in regnum tuum domine seruum tuum suscipe: suscipiat eum sanctus Michael archangelus dei: qui militię cęlestis meruit principatũ. Veniãt illi obuiã sancti angeli dei: ⁊ perducant eum in ciuitatem cęlestem Hierusalẽ. Suscipiat eum beatus Petrꝰ apostolus, cui a deo claues regni cęlestis traditę sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus apostolus: qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes electus dei apostolus: cui reuelata sunt secreta cęlestia. Orent pro eo oẽs sancti apostoli, quibus a domino data est potestas ligãdi atqꝫ soluendi. Intercedant pro eo omnes sancti dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sęculo sustinuerunt: vt vinculis carneis exutus peruenire mereatur ad gloriam regni cęlestis: protestãte domino nostro Jesu Christo: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in sęcula sęculorum. Amen. ¶ Et stantiatur adhuc anima, dicãtur hi psalmi. ¶ Ō-

sitemini

fitemini domino quoniam bonus. Beati immaculati. Usq; ad dominū cum tribularer. Quotienscumq; autem anima visa fuerit nimis anxiari, ita ꝙ videtur iam velle extrea corpore: tunc dimissis omnibus dicantur alta voce ab omnibus pręsentibus, aspergendo aquam benedictam, que sequuntur. Credo in deum patrem omnipotentem, ꝛc. Totum cum versibus sequentibus. Et infirmus habeat in manu dextera lucernam ceream accensam: ꝛ etiam quilibet circunstantium, si possibile fuerit. ℣. Erue a framea deus animam meam. ℟. Et de manu canis libera eā. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et de cornibus vnicornium humilitatem meam. ℣. Intēde animę meę ꝛ libera eam. ℟. Et propter inimicos meos eripe me. ℣. Largire clarus vespere, quo vita nusquam decidat. ℟. Sed premius mortis sacrę perennis instet gloria. ℣. Maria mater gratię mater misericordię. ℟. Tu nos ab hoste protege: ꝛ hora mortis suscipe. Regina cęlorum, mater misericordię: custodia ꝛ recursus peccatorum: mater dei recōcilia me tuo vnigenito filio: ꝛ inuoca suam clementiā pro me indigno peccatore: vt mihi remittat peccata mea: ꝛ per tuum amorem ꝛ interuētum me perducat in gloriam

UVA. BHSC. IyR_244_1

gloriam suam. Amẽ. ℣. Ecce crucem ✝ dñi. Et ostendatur crux. Fugite partes aduersę: vincit leo de tribu Juda radix Dauid. ℣. Adoramus te Christe. Et osculetur crucem. et benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redimisti mundum. ℣. In manus tuas dñe cõmendo spiritum meum: redimisti me dñe Deus veritatis. ℣. Illumina oculos meos, ne vnq̃ obdormiã in morte: ne quãdo dicat inimicus meus, pręualui aduersus eum. Et repetatur. Credo in Deũ multoties. Et nomen Jesus dicatur etiam multoties. Et etiã dicatur pluries versus. Dirupisti dñe vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis: t nomen dñi inuocabo. Nam hic versus est maxime virtutis: vt dicit Cassiodorus. Item dicat infirmꝰ, vel alius pro eo. Domine Jesu christe per illam amaram t crudelissimã passionem, quã (pro me peccatore maximo) in ara crucis sustinuisti in illa hora, quando sanctissima aia tua exiuit a corpore tuo, miserere animę meę pauperrimę in exitu a corpore suo. Repetatur iterum versus Maria mater gratię, vt supra. Item dicat infirmus, vel alius pro eo ter, vel quater verba sequentia sancti Augustini. Qar dñi nr̃i Jesu Chr̃i, t virtus passionis eius, t signum sancte cru ✝

UVA. BHSC. IyR_244_1

cis, t integritas beatissimę virginis Marię, t benedictio omnium sanctorum, t custodia angelorum, t iuuamina t intercessiones omniũ electorum sint inter me t hostes meos visibiles t inuisibiles in hac ora meę mortis. Amen. Et dicatur. ℣. Deus esto propitius mihi maximo peccatori. Isti sunt tres pater noster t tres aue Maria, cum tribus orationibus quę debent dici pro animabus omnium in agonia mortis existentium: t multum eis proderit, si dicãtur deuote: vt quidam papa vir sanctus reuelauit cuidã capellano suo, viro idoneo t deuoto. Primus in memoriam agonię domini nostri Jesu Christi. Secundus in memoriam omnium passionum dñi nostri Jesu Christi. Tertius in memoriam ineffabilis charitatis domini nostri Jesu Christi. In primis ergo dicatur Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eley. Pater nr. Aue Maria.

Domine Jesu Christe p agoniã t orationẽ tuã sanctissimã: qua orasti pro nobis in monte oliueti, quãdo factus est sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrentis in terram: obsecro te, vt multitudinem sudoris tui sanguinei: quem prętimoris tui angustia (Oratio.

UVA. BHSC. IyR_244_1

gustia copiosissime pro nobis effudisti: offer re t ostẽdere digneris deo patri omnipoten ti contra multitudinẽ omnium peccatoꝝ hu ius famuli tui: t libera eum in hac hora mor tis suę ab omnibus angustijs suis: quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum pa tre t spiritu sctõ viuis t regnas. Secundum Pater nr̃. Kyrie eleyson. Christe eley. Kyrie eley. Pater noster. Aue Maria. Oratio.

DOmine Jesu christe qui pro nobis mo ri dignat9 es in cruce, obsecro te vt om nes amaritudines passionum t pęnarũ tua rum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, t maxime in illa hora ꝗn do sanctissima anima tua egressa est de corpo re tuo sanctissimo, offerre t ostendere digne ris deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui t libera eũz in hac hora mortis ab omnibus peccatis t passionibus: quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum pa tre t spũ sancto viuis t regnas. ꝛc. Tertium Pater nr̃. Kyrie el̃. Christe eley. Kyrie el̃. Pater noster. Aue maria. Oratio.

DOmine Jesu Christe qui p os prophe tę tui, dixisti. Jn charitate perpetua di-

UVA. BHSC. IyR_244_1

lęxi te, ideo attraxi te miserans tui obsecro te: vt eadem charitatem tuã, quę de cęlo ad terram ad tollerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit: offerre t ostendere digneris deo patri omnipotẽti pro anima huius famuli tui: t libera eum ab oĩbus passionibus t pęnis, q̃s pro peccatis suis timet meruisse: t salua aiam eius in hac hora exitus sui in glia ęterna: t tu pijssime dñe Jesu Christe (qui redimisti nos pretiosissimo sanguine tuo) miserere aię hui⁹ famuli tui t eum introducere digneris ad semp virentia t amena loca paradisi: vt viuat tibi amore in visibili: qui a te t ab electis tuis separari nunquã potest. Qui cũ patre t spiritu sancto viuis t regnas in trinitate perfecta per infinita sęculorum sęcula. Amen. Dicatur etiam Letania vt supra, si sibi videbitur, t tempus adest.

¶ Postea si adhuc vixerit infirmus subiungendę sunt infrascriptę quinq; orationes cũ totidem Aue Maria in quibus in prima litera continetur nomẽ Marię. Prima oratio.

Mediatrix dei t hominum t fons misericordię indesinenter effundens riuos copiosę gratię Maria: te rogo dulcissima mater dñi nostri Jesu Christi per illã perturbationẽ quaz habuisti in corde tuo pijssimo, tunc t deinceps cũ Symeon sanctus

UVA. BHSC. IyR_244_1

ctus prophetando diceret tuam ipsius aiam pertransibit gladius: vt petas quatenus idem benedictus filius tuus de largissima clementia sua donet huic famulo tuo per eadem perturbationem tuam indulgentiam omnium peccatorum suorum: & vt cum liberet ab omnibus malis preteritis presentibus & futuris Amen. Aue Maria.

Secunda oratio.

Auxiliatrix dei & hominum & pacis eterne condimentum Maria te interpello speciosissima regina celi, per illa dolorosam perturbationem, qua habuisti in corde tuo benignissimo, pro eo q filium tuum amantissimum per triduum amiseras: vt roges eum quatenus ipse propter eandem turbationē tuam huic famulo tuo dignetur dare plenā cognitionem, perfectam contritionem, puram confessionem, spem firmā, certam securitatem, a deo nunq̄ separandam: & ita perfectum & verus amorem: vt cum illo amore tāta mereatur mercedem in celo acquirere: ac si ei multis annis cum perfectione sanctissime vite diligentius seruijsset. Amen. Aue Maria.

Tertia oratio.

Reparatrix debilium & vulnerate anime efficacissima medicina Maria, te peto gloriosa dña per illam perturbationem quam habuisti in corde tuo clementissimo, pro eo q per fidi Judei captiuauerunt, & detinuerunt desiderabilem vnigenitum vteri tui filium, de quo cognouisti in spiritu q volebat, & quod pati debebat pro salute humani generis: quatenus depreceris eundem filium propitiatorē seculi, vt ipse propter eandem turbationem tuam de omni captiuitate & ab omni tribulatione corporis & anime angustiarū & periculorū & tentationib⁹ demonum famulum tuum clementer eripiat: & ab omnibus malis in perpetuum tueatur. Amen. Aue Maria.

Quarta oratio.

Illuminatrix cecorū & lucerna salutifere gr̄e Maria te flagito dulcissima bona mater dei p illā turbationē tuā, quā habuisti in corde tuo propitiatissimo, pro eo q amantissimus filius tuus a Judeis crudelissimis in conspectu tuo cum clauis acutissimis sine omni miseratione viuifice crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodem filio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam ignem veri amoris per ignem amoris & passionis sue in corde huius famuli tui accendat, qua ipse summ⁹ sacerdos ligno crucis ipsum subijciat, nutriat, & in altari cordis

UVA. BHSC. IyR_244_1

eius iugiter ardeat, ꝛ flameſcat in cōmemoratione ſuę ſanctiſſimę paſſionis ꝛ mortis: vt eiuſdem ſacratiſſimę paſſionis ſuę nō obliuiſcatur, ꝛ ſi ex infirmitate valida vel ex alia cauſa q̄cunq; impediēte memor eſſe nequiuerit, per eundē accerbę paſſionis ſuę dolorē in hora mortis ſuę ex multiplici mia ſua tantā mercedem in cęlis accipere mereatur, ac ſi oēs dies ſuos conſumpſiſſet in memoria ſuę ſacratiſſimę paſſionis. Amen. Aue Maria.

ALiter moles vitioꝝ deprimit, finiſq; nr̄ę miſerię Maria, te deprecor venerabiliſſima mundi dña per illam intollerabilem turbationē, quā habuiſti in corde tuo benigniſſimo in illabora cum filius tuus cunctis deſideratus gentibus ac oibus vere amabilis de cruce depoſitus cū recentibus vulneribus ꝛ propprio ſanguine rubricatus datus fuit a Joſeph in ſinū tuum: qui eſt corona iocunditatis oiuꝫ beatorum in cęli ſolio, vt propter eandem perturbationem tuā ipſe famulum ſuum prędestinare dignetur abundantia gratiaꝝ ſuarū ꝛ copioſę mię ſuę, vt det corpus ſuum ꝛ animā ſuam in poteſtatem tuam ꝛ in ſinuꝫ pijſſimę mię tuę: quam cunctis deuote poſtulantibus clementer aperis in ęternum, ꝛ ad illum ſinum, eum gemebundum ſic recipi affectuoſiſſime deprecor ꝓpter illū dulciſſimū infantulū tuū candidū ꝛ rubicundū electū ex millib⁹, qui theſaur⁹ totius felicitatis tuę extitit ꝛ eſt: quē in ſino tuo delicatiſſimo ꝓprijs lactaſti vberib⁹: vt in preſenti vita ꝛ p̄cipuę in extremis ſuis te videre mereat cū gaudio, ꝛ tuę miſeratiōi regratiari valeat in ſcła ſcłoꝝ.

¶ Si mortis agonia dilatatur, ſequētes orationes dicendę ſunt ſuper agonizantē in tranſitu deuote moroſe ꝛ intelligibiliter: vt infirm⁹ audire ꝛ percipere poſſit. Ofo.

O Sācta Trinitas, Pater, Fili, ꝛ Spiritus almę: omnipotēs ęterne de⁹, tua immenſa attracti ac moti pietate pro aīa famuli tui. N. nunc in extremis laborantis te deprecari cōpellimur, ꝛ ipſam ſacratiſſime dñe tuę pijſſime oipotentię cōmendamus: vt illam ab inſidijs aſpectu quoq; ꝛ terrore dęmonuꝫ cuſtodiendo tuearis, ne fidem repente perdens (quam tenuit) peſſimę deſperationis labatur in foueam: ne diffidentię tentationibus cedat: ne preteritoꝝ ſcellerū recordatione deſperet. Exaudi nos

UVA. BHSC. IyR_244_1

di nos rex glorioſe tuam ſuauiſſimam ꝛ clemẽtiſſimam bonitatem pro ea interpellãtes. Exaudi(inquam) per oſones patriarchaꝝ, per merita prophetaꝝ, per ſuffragia apoſtoloꝝ, p victoriã martyꝝ, per fidem confeſſoꝝ, per virginũ puritatem, per deuotam interceſſionem oĩum, qui tibi ab initio placuerunt: ꝛ tecum modo regnantes in excogitabili ſẽlicitate lẽtantur. Ab ipſa dñe iatantiã repelle, tribue cõpunctionẽ, ſuſcita fletũ, cor eĩ mollifica, ab omnibus inſidijs inimici illam tuere, fidei tuę lumine cõfirma, gratię tuę infunde charitatẽ: vt in te rex oĩpotẽs ꝛ in tua pietate confidens, oĩum culpaꝝ vera contritione ab intimis viſceribus concutiatur. Clementiſſime dñe oĩa iniqua deſideria ab illo reſcinde: ignea tela diaboli extingue: largire fontem lachrimaꝝ, quibus iniquitatum ſuarũ tergat maculas, vincula dirũpat. fac eam dñe ſalubriter petere, audi quę petit, atqz celeriter exaudi, ſi pie reſpicis, viuet: ſi deſpexeris, perijt: ſi iuſtitia vtaris ante oculos tuos, mortua fętet: ſi miſericorditer (vt tuam bonitatem decet) aſpexeris a deſperationis baratro reuocatur. ℂ Reſpice dñe ſctẽ pater dilecti filij tui vulnera ꝛ cruorem: dñe Jeſu Chriſte pijſſime, qui veniſti redimere perditos: noli dãnare redemptos. Da illi dñe cor piũ, quod te timeat, ſenſum vigilẽ, qui te intelligat: ſimplicem oculum, intentionẽ. ſ. rectam, quę te ſequatur: dñe Jeſu Chriſte fili patris miſericordiarum ꝛ reginę mię glorioſę virginis Marię, animę huius famuli tui miſerere: ꝛ eam de maieſtatis tuę ſede clementer aſpiciens ab illa repelle tenebras: ꝛ eam ſplendoribus tuę claritatis illuſtra. Clementiſſime dñe Jeſu a tua pietate culparum eius remiſſionẽ humiliter petimus, qui deo patri mundũ tuo cruore gratum reddidiſti. O fons pietatis nõ conſueuiſti eſſe crudelis: tuę dilectiſſimę genitricis prẽces ne ſpernas. O glorioſa regina mũdi Maria virgo pulcherrima, virgo miſericors quę genuiſti regem velut roſa decora, illos tuos miſericordes oculos ad ſeruum tuum miſericorditer conuerte. Tu quę peccatorũ aduocata prędicaris, prima eorum ſpes: quę nulli claudere potes ſinũ tuę pietatis. O miſerecordię mater ecce tempus patrocinandi quando famulus tuus iudicem iratum ſentiens protectionis tuę gratiam efflagitat. Eia ergo aduocata noſtra occurre velociter. O gabriel archangele, qui ſalutẽ mundo nũciaſti: O ſctẽ

UVA. BHSC. IyR_244_1

Michael qui drachonē acherontis expugnasti. O sctē Rapha el qui filiū iusti salubriter deduxisti. O angele custos huius dei seruuli. O celestis angelor omniū chori necnon patriarchar, prophetar, apostolor, martyr, confessor, sacerdotū, leuitarū, monachor, eremitar, virginū, oiumq; iustor, per amorē inef fabilem agni immaculati Jesu Christi regis vri, qui vos de mū do elegit: cuius leta visione gaudetis: vos pro huius nri fratris aia deprecamur, vt eam vris precib⁹ iuuare digneminī: quate nus diaboli faucibus erepta saluetur, 7 vre iocundissime socie tati leta iungatur. O rex clemētissime de⁹ oipotens. O saluator mundi Jesu pie, qui oiuz in te sperantiū misereri cōsueuisti pro pter oronez dei genitricis 7 oium sanctor angelor ac electorū dei famulo tuo. N. quesum⁹ miserere quaten⁹ in passionis tue merito ac sanguine a peccatorum suorum maculis ablutus e/ternaliter in tuo regno glorietur. Amen.

O Suauissime domine Jesu Christe beatorum requies, 7 om nium in te sperantium salus iocundissima: qui in nocte do minice passionis tue ad patrem orasti, dicēs. Pater si possibile est trāseat a me calix iste: veruntamen nō mea voluntas sed tua fiat: quiq; in illa hora in tāta fuisti angustia, vt de precioso cor pore tuo sanguis efflueret. deprecamur te bone Jesu quatenus animā famuli tui. N. tua solita pietate iuues, vt pro suis deli/ctis cōteratur 7 moueatur ad pēnitentiā salubrem vt in hac ho ra tremebūda in occursuz aduersarij nō paueat, nec in aduētu aut aspectu tuo iudex tremende accusante conscientia cōtremis cat: sed potius faciem tuam in iubilo videns letetur: te prestan/te Jesu Christe, cuius est passione redemptus.

O Dulcissime rex Jesu pie qui in tue passionis horrenda no/cte a discipulis tuis destitutus inter aduersarios tuos so/lus stetisti: tue pietati supplicam⁹: vt aiam famuli tui. N. in suo obitu solam non relinquas in manibus iniquorū dēmonū auxi lio tuo destitutam, sed tua virtute 7 tuorum angelorum sancto rum societate securam ad locum tue beatissime visionis per san guinis tui virtutem letanter deducas. Amen.

O Domine Jesu Christe decus 7 gloria sanctorum, qui pen/dens in cruce pro tuis diris crucifixoribus patrē rogasti, dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: tuam

pietatem

UVA. BHSC. IyR_244_1

pietatem precamur pie Jesu: vt in mente seruuli tui. N. oratio-
nis tue renouare digneris affectum, quatenus offensarum om
nium ab eterno patre veniam consequatur: & sicut tunc exaudi
tus es tu domine ac rex, sic nunc cum patre seruos ac milites
tuos exaudire digneris pro seruulo tuo. N. qui nescit quid fa-
ciat, dum fidei & sensus exiguitate tepescit. Rogamus pie Jesu
vt in obitu eius omnia sua peccata dimittas, & pro tue dire pas
sionis merito ad angelorum consortia deducatur. Amen.

O Sacratissime dñe Jesu Christe saluator, qui propter nostra
scelera abolēda, post crudelia verba, post pudibūda op
probria, post irisiuam aculeorum coronam, in cruce nudus in-
star latronis affigi elegisti: exoramus te pie per has tuas pas-
siones, vt animam famuli tui. N. in extremis laborantem suo-
rum peccatorum dolorosa confessione verberes, vera contri-
tione confundas, vero timore corones, & in cruce tua omnes
sensus mentales eius affigas: quatenus sic totus a te spirituali
ter vulneratus tuorū vulnerū merito omnium delictorum suo
rum venia cōsequatur: & ad gaudia celestia perducatur. Amē.

O Glorioſissime rex Jesu Christe angelorum dulcedo qui af-
fixus cruci pro nobis, veram fidei lucem cordi latronis
infudisti: vt te verum deum & verum hominem fateretur: dum
clamauit. Memento mei dñe dum veneris in regnū tuum, ma
iestatem tuam suppliciter exoramus: vt in famulo tuo. N. in ex
tremis laborante conseruare digneris vere fidei sacramentum
vt sacratissime tue passionis merito tua veritate tuoq; amore
loricatus in suo obitu spiritus immundos nequaquam vereā-
tur, sed tuam perpetuam gloriam adeat iubilanter. Amen.

O Clementissime domine Jesu Christe verbum eterni patris
& filij virginis glorioſe, qui mundum visibiliter deserens
& solitudini materne compatiens ei dilectum discipulum in fi-
lium adoptasti: humiliter tue maiestati suplicamus per merita
tue passionis, per eiusdem tue inclite matris preces nec non tui
dilecti discipuli: quatenus digneris in animam huius serui tui
spiritum tue charitatis infundere, quo tibi coheres, deo patri
adoptetur in filium. Committe (quesumus) de throno glorie
tue huius famuli tui. N. animam clementissime tue matri, qua
tenus in mortis agone non paueat, sed virginalibus tibi mani

UVA. BHSC. IyR_244_1

bus p̄sentata clementer suscipiatur a te in tua gloria cuꝫ sanctis tuis collocandam. Amen.

O Clementissime dñe Jesu corona certātium, qui moriturus in cruce docuisti nos compendiose tempore mortis orare, dicens. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum: tuę maiestati supplicamus: vt spiritus sancti virtute eandem orationem menti huius famuli tui digneris imprimere, vt eam perso net semper, ⁊ in extrema hora eius sentiat effectum, in tuas sanctissimas manus suam animam commendando. Amen.

O Misericordissime dñe Jesu Christe generis humani reparator, qui in die tuę acerbissimę passionis in neruoꝝ cōtractione, ossiū cōpressione, spinarū pūctione, pęnā acerbissimā tulisti, ⁊ latꝰ tuū, (vnde sanguis ⁊ aq̄ flueret) aperiri voluisti: ꝺpręcamur dñe, vt aiaꝫ famli tui. N. virtutū splēdore illustres, ⁊ spinarū tuarū merito, illi tribuas de offensis ab eō tibi illatis dolere vehemēter: vt oīa eiꝰ ōlicta tuę passionis acerbitate ōleātur: ⁊ ad angelorū societatem te ducente valeat peruenire. Amen.

O Clemētissime dñe Jesu Christe qui pro nobis in cruce mori dignatus es te depręcamur: vt omnes tuas passiones ⁊ amaritudines quas pro nobis miserrimis in duro ligno tulisti p̄sertim quando sanctissima aia tua de virgineo ⁊ purissimo habitaculo sui corporis egressa est: offerre ⁊ ostēdere digneris deo patri omnipotenti contra oēs pęnas ⁊ passiones serui tui. N. ⁊ liberare eum digneris in hoc suo transitu ab oibus passionibꝰ ⁊ pęnis: quas pro peccatis suis se cōtraxisse timet. Amen.

O Misericordissime dñe Jesu Christe qui prophetico ore dixisti in charitate ppetua dilexi te: ideo attraxi te miserans: tibi humiliter supplicamus, quatenus eādem charitatē, quę te de cęlo traxit ad terras laboraturū pro nobis ⁊ moriturū: offerre ⁊ ostendere digneris deo patri oipotenti cōtra omnes huius famuli tui. N. ⁊ passiones ⁊ pęnas quas pro suis sceleribus meretur: ⁊ animam eius in suo obitu per manꝰ sanctorū angelorū excipere: aperi illi benignissime Jesu ianuam vitę ⁊ regni siderei, ⁊ in eo illuꝫ fac cū tuis sctis perpetua felicitate lętari. Amē.

O Pijssime dei hominūqꝫ mediator Jesu Chr̄e: qui debitas nobis pęnas in tuo passibili corpore pro nr̄a salute tulisti: ⁊ vt eas gustares amariores in hora tuę passionis deitatis ratio nisqꝫ so

UVA. BHSC. IyR_244_1

niſq; ſolatiū a tuis ſenſib⁹ ſuſtuliſti, eos deſtitutos oi ſolatio in doloribus linquēs: dum clamaſti, de⁹ meus de⁹ meus vt quid dereliq̄ſti me. Oramus tuā pietatē vt aīam ſerui tui. N. tua ſuauiſſima conſolatione foueas, erigas, ⁊ lętifices. Nāq; ſi deſeueris illū paſtor ęterne: mox lup⁹ rapax diabol⁹ in eum irruet eſſeratus ⁊ crudelis: ⁊ ouē (quā tuo ſanguine queſiuiſti) iugulabit. Et ſi demeritis ſuis exigentibus a te deſeri mereretur, te nihilominus ꝓpter tuā pietatē rogamus, ne illū tradas aduerſarijs diffidētię, ⁊ deſperationis ſtimulis affligendū, nec ad gr̄am tuā durum aut inſenſibilē effici patiaris: ſed per charitatis tuę gr̄am viuens, ⁊ abſentię tuę amaritudinem ſentiens, pia voce gemendo clamet ad te, deus meus de⁹ meus vt quid dereliqui ſti me: tu autem pijſſime pater ac bone paſtor tua ſuaui pietate ſucurre: qui eum tibi tuo ſanguine redemiſti. Amen.

O Perfectiſſime dei hominūq; mediator Jeſu Chriſte ſalvator: qui ꝓ ſolis ardore: tormentorū aſperitate ⁊ ſanguinis tui effuſione: corporalē ſitim in duro ligno tuliſti: duz clamaſti Sitio. Tuam pręcamur maieſtatem: vt animam ſeruuli tui. N. illo nunc amoris igne digneris adurere: quem in terris mittere veniſti: vt cunctis vitijs exiccatis, anima eius ⁊ caro tuę charitatis igne ſuccenſa, te ſolum ſitiat, te diligat, te perquirat: vt te inueniēs, te fruatur. Sacratiſſime dñe Jeſu Chriſte, oē bonū cōplens atq; conſūmās: qui guſtato aceto dixiſti. Conſūmatū eſt. Et inclinato capite ſpūm deo p̄ri reddidiſti: ſupplicamus tuę maieſtati pro aīa famuli tui. N. laborātis in mortis agone, qua tenus illi fidei lumen, ⁊ gratię tuę ſanitatē infundas: vt horā extremam in tua ſancta charitate finire, ⁊ tibi dicere valeat: ecce clementiſſime Jeſu nunc ad te venio: tua melliflua voce meum ſpiritum ſuſcipi iube in ęternam claritatem. Amen.

O Clementiſſime Jeſu ſolatiū miſerorū tu nr̄a peccata in tuo corpore portaſti, qr̄ tu es vere de⁹: de quo dixit Eſaias. Lā guores nr̄os ipſe tulit ⁊ dolores nr̄os ipſe portauit, a deo vt in tuo virgineo pulcherrimo corpore, a planta pedis vſq; ad verticem ſanitas vlla non fuerit: Et qui pręcipuus filijs hominū eras ſpecioſus: q̄ſi leproſus videreris. Per hanc tuā ineffabilē charitatem pręcamur pie Jeſu: vt oīa peccatorū vulnera in. N. famulo tuo ſanes: quatenus omnib⁹ vitijs emūdatus, ad te regē facto

rem

UVA. BHSC. IyR_244_1

rem suum spirituali solatio roborat⁹ lętus perueniat: ꝛ quem tuo sanguine comparasti: ꝛ tuo passionis signo ideſt sancta cruce muniri semper voluisti ad tuam nunc fęlicissimam visionem omnium passionum tuarum merito cōmitanttibus sanctis angelis deducere digneris. Amen.

¶ Sequitur alia oratio dicenda in mortis articulo.

O Bńe Jesu Christe tibi in hac hora cōmendo aiam meā: sicut pro me dignatus est de virgine nasci, crucem pati, mori, sepulchro sępelliri, tertia die ab inferis resuscitari, cęlos, quos nunq̄z tui nominis prętsentia deseruisti, voluisti adire: sic aiam meā liberare digneris ab ęterna morte: qz (vltra q̄z dici fas est) me peccatorē ꝛ reū esse confiteor: sed tu qui olim peccatorū indultor atqz clementissim⁹ es: quiqz misereris olim: ꝛ nihil odisti eorū quę fecisti: dissimulans peccata hominū ad te reuertentiū: qui peccatoris facinora, in quacūqz die conuersus ad te fuerit ꝛ ingemuerit, obliuioni in perpetuū tradis: qui peccantibus pepcisti: ꝛ mulieri deprehēsę in adulterio dimisisti: ꝛ Magdalenę remisisti: ꝛ Petro lachrimāti relaxasti: ꝛ latroni confitenti paradisi ianuā aperuisti: mihi peccatori veniā non deneges delictorum: quicquid vitiosum est, ꝛ quicquid in te peccaui, mihi remitte: ꝛ aiam meā in requie refouere digneris. Tu enim es ille, cui nō pereunt moriendo corpora nr̄a, sed mutātur in meli⁹, qui aiam a corpore separare ꝛ in meliori vita mittere vsus es: qui dixisti te malle vitā peccatoris q̄z mortē: credo corde, ꝛ ore confiteor: quia idcirco animam meam ab hac vita vis educere vt post mortem meā in meliori vita facias viuere: quę sensuz ꝛ intellectuz (quem nūc habet) meliorem habebit: quantū differt vmbra ab homine: tātum meliora possidebit in cęlesti regione.

Quo dicto accipiat infirm⁹ si potest proprijs manibus carnes pectoris sui circa cor ꝛ mamillas ꝛ lachrimosis verbis dicat.

Domine Jesu Christe fili dei viui ꝛ beatę Marię semper virginis totis visceribus meis tibi confiteor: ꝛ credo q̄ tu redemptor meus viuis: ꝛ in nouissimo die de terra surrecturus sum: ꝛ in carne ista videbo te deū saluatorem meum. Postea infirm⁹ ponat digitos suos super oculos ꝛ se signet signo crucis preci-

pue fa-

UVA. BHSC. IyR_244_1

pue faciem,os,ꝛ totum corpus ꝛ dicat. O mnia mihi terrena vilescunt,ꝛ adte deꝰ meus propero:qui quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, pꝛeparasti diligentibus te:ꝛ ecce in manus tuas domine cōmendo spiritum meum redemisti me dñe deus veritatis. Qui cū patre ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ regnas deus per omnia sęcula sęculorū. Amen.

C Dicatur simbolum siue fides catholica

scti Athanasij episcopi,ꝛ deinde si adhuc mortis agonia dilatatur, dicatur etiam passio sancti Joānis pꝛout inferius ponitur.

Quicunqꝫ vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem. Quam nisi quisqꝫ integram inviolatamqꝫ seruauerit,absqꝫ dubio in ęternum peribit. Fides aūt caholica hęc est:vt vnum deum in trinitate ꝛ trinitatem in vnitate veneremur. Neqꝫ cōfundentes personas:neqꝫ sustantiam separātes. Alia est enim persona patris, alia filij,alia spiritus sancti. Sed patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti, vna est diuinitas, ęqualis gloria, coęterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatꝰ pater,increatus filius,increatus spiritus sanctus. Immensus pater,immensus filius, immensus spiritus sanctus. Ęternus pater,ętern⁹ filius,ętern⁹ spiritꝰ sanctus. Et tamē non tres ętern⁹,sed vnꝰ ętern⁹. Sicut non tres increati nec tres imensi:sed vnus increatus ꝛ vnꝰ immēsus. Similiter oīpotens pater,oīpotens filius,oīpotens spiritus sanctus. Et tamen nō tres omnipotētes,sed vnus omnipotens. Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dij,sed vnus est deus. Ita dñs pater,dñs filius,dñs spiritus sanctus. Et tamen non tres dñi,sed vnꝰ est dñs. Quia sicut sigillatim vnamquāqꝫ personam deū ac dñm cōfiteri Christiana veritate cōpellimur:ita tres deos aut dños dicere catholica religione pꝛohibemur. Pater a nullo est factus:nec creatꝰ:nec genitus. Filius a patre solo est:nō factus nec creatus,sed genitus. Spiritus sanctus a patre ꝛ filio:non factus,nec creatus,nec genitus,sed pꝛocedēs. Unus ergo pater,non tres patres:vnus filius,non tres filij:vnus spiritus sanctus,nō tres spūs sancti. Et in hac trinitate nihil pꝛius aut posterius,nihil maiꝰ aut minꝰ: sed totę tres personę coętern⁹ sibi sunt ꝛ

UVA. BHSC. IyR_244_1

sunt ⁊ coęquales. Ita vt per omnia (sicut iam supradictū est) ⁊ vnitas in trinitate ⁊ trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est ad ęternā salutem, vt incarnationē quoqz dñi nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta: vt credamus ⁊ confiteamur, quia dñs noster Jesus Christus dei filius: deꝰ, ⁊ homo est. Deus est ex substātia patris ante ęcula genitꝰ: ⁊ homo ex substātia matris in ęculo natus. Perfectꝰ deus, perfectus homo, ex anima rationali, ⁊ humana carne subsistens. Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem. Qui licet deus sit ⁊ homo: non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non cōuersione diuinitatis in carnem sed assumptione humanitatis in deum. Vnus omnino non confusione substantię, sed vnitate personę. Nam sicut aīa rationalis ⁊ caro, vnus est homo: ita deus ⁊ homo, vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descēdit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cęlos: sedet ad dexterā dei patris oīpotentis: inde vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibꝰ suis: ⁊ reddituri sunt de factis propriis rationē. Et qui bona egerūt, ibunt in vitā ęternā: qui vero mala, in ignem ęternum. Hęc est fides catholica, quā nisi quisqz fideliter firmiterqz crediderit, saluus esse non poterit. Gloria patri.

Passio domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.

In illo tēpore. Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentē cedron, vbi erat hortus: in quem introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat autem ⁊ Judas qui tradidit eū, locum: quia frequenter Jesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem ⁊ a pontificibus ⁊ pharięis

UVA. BHSC. IyR_244_1

pharisęis ministros, venit illuc cum laternis ⁊ facibus, ⁊ armis. Jesus itaqꝫ sciens omnia quę ventura erãt super eum, processit ⁊ dicit eis. ✠ Quem quęritis? ¶ Responderunt ei. S Jesum Nazarenum. ¶ Dicit ei Jesus. ✠ Ego sum. ¶ Sstabat autem ⁊ Judas qui tradebat eũ cum ipsis: vt ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum, ⁊ ceciderũt in terrã. Iterũ ergo interrogauit eos. ✠ Quem quęritis? ¶ Illi aũt dixerunt. S Jesum Nazarenum. ¶ Respõdit Jesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quęritis, sinite hos abire. ¶ Ut impleretur sermo quẽ dixit. Quia quos ꝺdisti mihi: nõ perdidi ex eis quemq̃. Simõ ergo Petrus habens gladiũ eduxit eũ: ⁊ percussit pontificis seruum: ⁊ abscidit eius auriculã dexteram. Erat aũt nomen seruo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro. ✠ Mitte gladium tuũ in vaginam, Calicẽ quem dedit mihi pater, nõ vis vt bibam illum? ¶ Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ ministri iudęorum cõprehenderunt Jesum, ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad Annam primũ: erat enim socer Cayphę: qui erat põtifex anni illiꝰ. Erat aũt Cayphas qui consilium dederat iudęis.

Quia

UVA. BHSC. IyR_244_1

Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur aũt Jesum Simõ Petrus t alius discipulus. Discipulus aũt ille notus erat pontifici: t introiuit cum Jesu in atrium pontificis. Petrus aũt stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui notus erat pontifici: t dixit ostiarie: t introduxit Petrũ. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S Nunquid t tu es ex discipulis hominis istius? C Dixit ille. S Non sum. C Stabant aũt serui t ministri ad prunas: quia frigus erat, t calefaciebant se. Erat aũt cum eis Petrus stãs t calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis, t de doctrina eius. C Respõdit ei Jesus. ✠ Ego palã loquutus sum mundo: ego semper docui in synagoga t in templo quo omnes Judei conueniunt: t in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui me audierũt, quid loquutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, que dixerim ego. C Hec autem cum dixisset vnus assistens ministrorum dedit alapã Jesu, dicẽs. S Sic respondes pontifici? C Respondit ei Jesus. ✠ Si male loquutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si aũt bene, quid me cedis?

C Et

UVA. BHSC. IyR_244_1

℣ Et misit eum Annas ligatum ad Caypham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se, dixerunt ergo ei. ℟ Nunquid et tu ex discipulis eius es? ℣ Negauit ille, et dixit. ℟ Non sum. ℣ Dixit vnus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam. ℟ Nonne ego te vidi in horto cum illo? ℣ Iterum ergo negauit Petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt ergo Jesum a Caypha in prætorium. Erat autem mane: et ipsi non introierunt in prætorium: vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha Exiuit ergo Pilatus foras, et dixit. ℟ Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? ℣ Responderunt, et dixerunt ei. ℟ Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. ℣ Dixit ergo eis Pilatus. ℟ Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate eum. ℣ Dixerunt ergo iudei. ℟ Nobis non licet interficere quemquam. ℣ Vt sermo Jesu impleretur, quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: et vocauit Jesum, et dixit ei. ℟ Tu es rex iudeorum? ℣ Respondit Jesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me? ℣ Re-

UVA. BHSC. IyR_244_1

spõdit pilatus. S Nunquid ego iudeus sum? Gens tua, t pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? C Reſpondit Jeſus. + Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meũ: miniſtri mei vtiq; decertarent, vt nõ traderer iudeis, Nunc aũt regnum meum nõ eſt hinc. C Dixit itaq; ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Reſpõdit Jeſus. + Tu dicis, q; rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, t ad hoc veni in mundũ: vt teſtimoniũ perhibeam veritati. Omnis enim qui eſt ex veritate, audit vocem meã. C Dicit ei Pilatus. S Quid eſt veritas? C Et cũ hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad eos, t dixit eis. S Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt aũt cõſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha: Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? C Clamauerunt omnes, dicentes. S Non hunc, ſed Barrabam. C Erat autẽ Barrabas latro. Tũc ergo apprehendit pilatus Jeſum, t flagellauit. Et milites plectẽtes coronam de ſpinis, impoſuerũt capiti eius: t veſte purpurea circundederũt eum. Et veniebant ad eum, t dicebant. S Aue rex iudeorum. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterum

UVA. BHSC. IyR_244_1

rum Pilatus foras, & dicit eis. S Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis, quia nullam causaz inuenio in eo. C Exiuit ergo Jesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, & dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri: clamabant, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. C Responderũt ei iudei. S Nos legem habemus, & secundũ legem, debet mori: quia filium Dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit: & ingressus est prętoriũ iterum, & dicit ad Jesum. S Unde es tu? C Jesus aũt responsum non dedit ei: dicit ergo ei Pilatus. S Mihi non loquęris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifixere te: & potestatem habeo dimittere te? C Respondit Jesus ✠ Non haberes potestatem aduersus me vllam: nisi datum tibi esset de super: propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quęrebat pilat9 dimittere eum. Judei ergo clamabãt, dicentes. S Si hunc dimittis, nõ es amic9 Cęsaris. Omnis enim

UVA. BHSC. IyR_244_1

qui se regem facit, contradicit Cęsari. ℭ Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesuz, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lythostrotos Hebraice autē Gabbatha. Erat autē parasceue hora quasi sexta, & dicit iudęis. ❧ Ecce rex vester. ℭ Illi autem clamabant. ❧ Tolle, tolle: crucifige euz. ℭ Dicit eis pilatus. ❧ Regem vestrum crucifigam? ℭ Responderunt pōtifices. ❧ Non habemus regē nisi Cęsarem. ℭ Tunc ergo tradidit eis illuz, vt crucifigeretur. Susceperunt autē Jesum, & eduxerunt eum, & baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarie locus hebraice autē Golgotha, vbi crucifixerunt eum: & cū eo alios duos hinc & hinc, medium autē Jesum. Scripsit autem titulum pilatus, & posuit super crucem. Erat autē scriptū. Jesus Nazarenus Rex Judęoz. Hunc ergo titulum multi legerunt iudęoz: quia prope ciuitatem erat locus: vbi crucifixus est Jesus. Erat autē scriptū Hebraice, Grece, & Latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudęorum. ❧ Noli scribere rex iudeorū: sed quia ipse dixit, rex sum iudęoz. ℭ Respōdit pilato. ❧ Quod scripsi, scripsi. ℭ Milites ergo

cum

UVA. BHSC. IyR_244_1

cum crucifixissent eum, acceperũt vestimenta sua, & fecerũt quatuor partes, vnicuiqz militi partem, & tunicã. Erat aũt tunica inconsutilis desuper contexta per totuz. Dixerunt ergo ad inuicem. ✠ Non scindamus eã, sed sortiamur de ea: cuiꝰ sit. ℭ Ut impleretur scriptura, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: & super vestẽ meã miserũt sortẽ. Et milites quidẽ hęc fecerũt. Stabat aũt iuxta crucẽ Jesu mater eius & soror matris eiꝰ Maria cleophe, & Maria magdalenę. Cũ vidisset ergo Jesus matrem, & discipulũ stantem, quem diligebat, dicit matri suę. ✠ Mulier ecce filius tuꝰ. ℭ Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. ℭ Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Postea sciẽs Jesus, qz iam oia cõsummata sunt: vt consummaretur scriptura, dicit. ✠ Sitio. ℭ Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi aũt spongiam aceto circũponentes obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset Jesus acetum, dixit. ✠ Consummatũ est. ℭ Et inclinato capite tradidit spiritum. Judęi ergo (quoniã parasceue erat) vt nõ remanerent in cruce corpora sabbato (Erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerũt pilatũ,

UVA. BHSC. IyR_244_1

vt frangerentur eorũ crura t tollerentur. Ue
nerunt ergo milites t primi quidẽ fregerunt
crura, t alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad
Jesum aũt cũ venissent t vidissent eũ iã mor-
tuũ, nõ fregerunt eius crura: sed vnus militũ
lãcea latus eius aperuit, t cõtinuo exiuit san
guis t aqua: t qui vidit testimoniũ perhibuit
t verum est testimoniuz eius. Et ille scit quia
vera dicit, t vt vos credatis. Facta sunt enim
hęc vt scriptura impleretur, dicens. Os non
cõminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura di
cit. Uidebunt in quem transfixerunt.

Post hęc autẽ rogauit pilatum Joseph
Abarimathia (eo q̃ esset discipulus
Jesu, occultus aũt propter metum iudęorũ) vt
tolleret corpus Jesu, t permisit pilatus. Ue-
nit ergo, t tulit corpus Jesu. Uenit aũt t Ni
codemꝰ qui venerat ad Jesum nocte primuz
ferens mixturã myrrhę t aloes quasi libras
centum. Acceperunt ergo corpus Jesu t li-
gauerunt eum lintheis cũ aromatibus sicut
mos est iudęis sepelire. Erat aũt in loco vbi
crucifixus est hortꝰ t in horto monumentum
nouum in quo nondũ quisquam positus erat
Ibi ergo propter parasceuẽ iudęorum quia

iuxta

UVA. BHSC. IyR_244_1

iuxta erat monumentum posuerunt Jesum. Et si agonia dilatatur, replicabitur de supra dictis, quod visum fuerit.

¶ Recommendatio defunctorum.

LA orden que se ha de tener para encomẽdar el defuncto, es la siguiente. Diga el cura el respõso siguiente: si touiere libro por dõde le diga, o le supiere de coro, sino diga otro responso qual quisiere. ℟. Subuenite sancti dei, occurrite angeli dñi suscipientes animam eius. ℣. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℟. Suscipiat eam Chr̃us qui creauit, & in sinu Abrahę angeli deducãt. ℣. Offerẽtes. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr̃. Et ne nos inducas. Sed libera. ℟. A porta inferi. ℣. Erue domine animam eius. ℟. Dominus vobiscum. ℣. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

TIbi domine cõmendamus aiaz famuli tui: vt defunctus sęculo tibi viuat: & quę per fragilitatem humanę cõuersationis peccata commissit tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christũ dñm. Amen.

¶ Incipit officium ad maiores defunctos sepeliendos.

DEspues de dicha la missa estando el sacerdote cerca del defuncto, comience

UVA. BHSC. IyR_244_1

el responso siguiente. ℟. Credo q redẽptor meus viuit, & in nouissimo die resurgam. ℣. Et renouabuntur denuo ossa mea, & in carne mea videbo dñm meum. ℣. Lauda anima mea dominum: laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo quandiu fuero. ℣. Et renouabuntur denuo ossa mea. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Psalmus. Ad dominum cum tribularer, clamaui. dicatur totus psalmus cum. Requiem ęternam. ℣. Al porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOn intres in iudiciũ cum seruo tuo domine: quoniam nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorũ tribuatur remissio. Nõ ergo tua (quęsumus) eum iudicialis sententia prẽmat, quẽ tibi vera supplicatio fidei christianę cõmendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dũ vixit, insignitus est signaculo sanctę trinitatis. Per eum qui vẽturus est iudicare viuos & mortuos & sęculũ per ignem. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe. &c. Kyrie eleyson. Chrẽ eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.

℣. Et ne

UVA. BHSC. IyR_244_1

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. sed libera nos a malo. Psalmus. Leuaui oculos meos. dicitur totus cum. Requiē ęternam. ℣. In memoria ęterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala nō timebit. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

FAc quęsumus dñe hanc cuz seruo tuo defuncto misericordiam: vt factorum suorū in pęnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit volūtatem: vt sicut hic eum vera fides iungit fidelium turmis: ita eum illic tua miseratio societ angelicis choris. Per eū qui venturus est iudicare. ℟. Libera me domine de morte ęterna in die illa tremēda. p̄. Quando cęli mouēdi sunt ⁊ terra: duz veneris iudicare sęculuz per ignem. ℣. Dies illa dies irę calamitatis ⁊ miserię: dies magna ⁊ amara valde. p̄. Quādo cęli. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos. Psalmus. De profundis clamaui. Dicatur totus cum. Requiem ęternam. ℣. Ne tradas bestijs animam cōfitentem tibi. ℟. Et animam pauperis tui ne obliuiscaris in finem. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum. Oremꝰ. Orō pro vno defuncto.

INclina domine aurem tuā ad pręces nostras, quibus misericordiam tuā supplices depręcamur: vt animam

UVA. BHSC. IyR_244_1

famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum dominum nostrum. Amen. Pro una defuncta.

Quesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue, & a contagiis mortalitatis exuta in eterne saluationis partem restitue. Per. Pro uno sacerdote.

Da nobis quesumus dne, vt animam famuli tui sacerdotis, quam de huius seculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum cetui tribuas esse consortem. p. pro epis.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali dignitate vigere fecisti, presta quesumus, vt eorum quoq; ppetuo agregent cõsortio. p. pro pre & mre.

Deus qui nos patrem & matrem honorare precepisti: miserere clemẽter animabus parentum nostrorum: eorumq; peccata dimitte: nosq; eos i eterne claritatis gaudio fac videre. p. p cognatis & bñfactoribꝰ.

Deus venie largitor & humane salutis amator, quesumus immensam clemẽtiã tuã, vt nre congregationis, fratres, sorores, propinquos, amicos, & benefactores nostros

UVA. BHSC. IyR_244_1

stros qui ex hoc scło transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. per dominum nostrum. Pro omnibus defunctis.

Fidelium deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum famularumqz tuarũ remissionem cunctorũ tribue peccatorum, vt indulgentiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus cõsequantur. Qui viuis & regnas.

Officium sepeliendi paruulos.

Quando puer extrabitur de domo, incipitur ps. Beati immaculati. & ps. Laudate pueri dñm. Et dicũtur cum. Gloria patri. & Sicut erat. Et quãdo puer fuerit in ecclesia, incipia

Ańa. Hic accipiet benedictionem a domino & misericordiã a deo saluatori suo quia est generatio querentium dñm. ps. Domini est terra. Quo finito dicatur. Kyrie eleyson. Chře eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Ade autẽ propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in ęternum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens & mitissime deus: qui omnibus

UVA. BHSC. IyR_244_1

nibus paruulis renatis in fonte baptismatis dum migrant a sęculo, sine vllis eorum meritis vitam illico largiris ęternam: sicut animę huius paruuli hodie credimus te fecisse: fac nos quęsumus domine per intercessionē beatę marię virginis ⁊ omnium sanctoꝝ tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari: ⁊ in paradiso cum beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum. ℟. Amē. Dum portatur ad tumulum dicatur. Aña. Iuuenes ⁊ virgines senes cuꝫ iunioribus laudate nomen dñi. psal. Laudate dominum de cęlis. Deinde dicatur. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium est enim regnum cęlorum. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum. Oremꝰ. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus sanctę puritatis amator, qui animam huius paruuli ad cęlorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiscuꝫ misericorditer agere: vt meritis tuę sanctissimę passionis ⁊ intercessione beatę Marię virginis ⁊ omnium sanctorum tuoꝝ in eodem regno nos cum omnibus sanctis ⁊ electis tuis semper facias cōgaudere cęlesti

bus

UVA. BHSC. IyR_244_1

bus. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. Quando reuertuntur ad ecclesiam, pronũciatur Antiphona. Benedicite dominum. Deinde dicatur p̃s. Benedicite omnia opera domini domino. Quo finito dicitur tota antiphona. Benedicite dominum omnes electi eius: agite diem lętitię: ꝛ confitemini illi. Deinde dicatur. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEus qui corda fideliũ sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere: ꝛ de eius semper cõsolatione gaudere. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęsumus domine Deus perpetua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere: ꝛ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, ꝛ ęterna perfrui lętitia. Or̃o.

DEus qui miro ordine angelorum ministeria hominumqꝫ dispensas: concede propitius, vt quibus tibi ministrantibꝰ in cęlo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Officiũ

UVA. BHSC. IyR_244_1

Officium missę erit de innocentibus. Et ore infantium. ꝛc. Benedictio tumuli, siue sepulturę tam maiorum, quam paruulorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomie domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Sit nomẽ domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in sęculum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus qui fundasti terrã, ꝛ formasti cęlos: qui loca sideribus statuta fixisti: qui captiuum hominem laqueo mortis lauacri ablutione reparasti. Qui sepultos Abraham, Isaac ꝛ Jacob in spelunca duplici libro vitę atqꝫ totius glorię annotasti principes benedicendos. Jta bene ✠ dicere digneris hunc tumulum famuli tui: vt hic eum requiescere facias, ꝛ in sinu Abrahę collocare digneris. Qui dominum nostrum Jesum Christum filium tuum deuictis laqueis infernorum resurgere in se, credentiumqꝫ suorum mẽbra resuscitare voluisti. Respice quę sumus domine super hanc fabricam sepulture. Descendat hic spiritus tuus sanctus: benedicendo ✠ benedicat: sanctificãdo ✠ sanctificet: vt te iubente sit ei in hoc loco quieta dormitio: ꝛ in die iudicij cum sctis omnibus

vera

UVA. BHSC. IyR_244_1

vera resurrectio, te prestante deus noster: qui in trinitate perfecta viuis t regnas deus per omnia secula seculorũ. ℟. Amen. Oratio.

DEus qui hominẽ a tuo precepto lapsum iusta mortis sentẽtia condẽnasti: quiq; per penitentiam ad nouissimam resurrectionem a morte liberandũ esse demõstrasti: qui primũ Abrahę patri nostro in terra promissionis sepulturam dedisti: qui solicitus de nouissima hora genus humanum esse voluisti: qui ob huius causam in preparato monumẽto Joseph iusto, corpꝰ dominicũ vt sepeliret, inspirasti: te cõtrita t subnixa quęsumus prece: vt sepulchrum hoc (quod famulo tuo preparatum est sepeliendo) tua pietate respicere digneris t sancti ✠ ficare: vt cum in eo caro eius fuerit ingesta, in paradiso recõdatur anima. Cum hęc charorũ duxerint dolendo lamenta: succurrant gaudia infinita. Dumq; caro in cinerẽ, ossaq; conuersa fuerint in puluerẽ: animalis spiritus (qui te patrẽ deseruit) reuertens stolam primam accipiat indecore atq; te iubẽte resuscitata t reintegrata a morte in ea carne iudicio tuo deus ipse glorificata assistat: in qua huius vitę erumnas miserabiliter

UVA. BHSC. IyR_244_1

biliter tollerauit. Per Christum dominũ nostrum. ℟. Amẽ. Aqui eche el sacerdote agua bendita en la sepultura: y lleuẽ el cuerpo acerca de la sepultura: y el sacerdote diga lo siguiente. Oratio.

